possumus /

CONCI-

LIATIO LOCORVM

scripturæ, qui specie tenus inter se pugnare uidentur.

Andreæ Althameri.

Habes candide Lector utranq; nostram Diallagen conflatam ac locupletatam. Tu pro tuo usu utere, & uale.

M. D. XXX.



possimus

CONCILIATIO LOCORVM

scripturæ, qui specie tenus inter se pugnare uidentur.

Andreæ Althameri.

Habes candide Lector utranq; nostram Diallagen conflatam ac locupletatam. Tu pro tuo usu utere, & uale.

M. D. XXX.

VINCENTIVS OBSOPOEVS Lectori.

Quæ ſemel ipſe deus diuino protulit ore,
Omnia perpetuam ſunt habitura fidem.
Non hæc tempus edax, non hæc cariosa uetuſtas
Mutabit: ſicut cætera cuncta ſolet.
Nulla hæc quantumuis rerum ſæuiſſima clades
Subuertet: ſtabunt, & rata ſemper erunt.
Non ſunt uana dei, non ſunt mendacia dicta,
Nil unquam ficto dixit ab ore deus.
Non hæc humanæ finxit facundia lin gu e:
Non ſunt Cecropio prodita uerba foro:
Fraus ubi uerborum multa, impoſturaq; regnant:
Ac ubi falluntur credula corda dolis.
Non pugnant, non ſunt dictis contraria dicta:
Verba dei conſtant conſona quæq; ſibi.
Si tamen in ſpeciem quædam pugnare uidentur,
Quæ ſimul ignaros fallere forte queant.
Hæc Althamerus concordi iungere ſenſu
Ingenij ſtuduit dexteritate ſui.
Hoc tibi nunc offert iam muneris ille ſecundo,
Hoc etiam ſanctas accumulabis opes.
Ergo legas Euangelium, ſed idem quoq; uiuas,
Sanctificat ſancte uiuere, non legere.

ORNATISSI

MO SIMVLAC INTEGERRIMO

uiro Georgio Voglero, pij illuſtriſſimiq; principis ac domini, domini Georgij Marchionis Brandenburgenſis &c. principis noſtri clementiſs. archigrammateo, Abdiæ ſuo in dño uenerando.

GRATIAM ET PAcem in Chriſto Ieſu. Ingratus iure cenſendus eſſem integerrime, idemq; optime archigrammatee & Abdia noſter, ſi non tibi tanto patrono atq; amico pro amulatiſſimis beneficijs in me congeſtis, uel aliquam, ſi non referrem, ſaltem haberem gratiam: idq; quicquid eſt operis inſcriberem, ſi modo gratitudo eſt tam puſillum dedicare libellum. Verumtamen cogitabis paruulũ hoc eſſe munus, & à paruulo profectum, ſed magno labore conſtitiſſe, magniq; amoris eſſe argumentũ. Honorent alij tuam humanitatem magnis muneribus: ego minutulus minutula grato animo libenter offero. Nec debui tantũ ob ſola beneficia in me, iſta conſecrare: ſed & propter ſyncerum illũ zelum tuum promouendæ pietatis, quo me ac quoſcunq; bonos in tui amorem ſtupore quodã rapis & inflam

mas. Non adblandiens ista scribo: nec ut tu hisce laudibus titillere tibiq; applaudas, sed ut studio tuo proficias, aliosq; ad exemplum tuũ prouocęs. Nam ut pietate nihil neq; sanctius, neq; salubrius est, ita religiosis uiris nec quicquam diuinius magisq; exoptandũ. Quid enim nos deuinctius Deo Opt. Max. seruatori nostro commendat, quàm pietatis amor? quid domino gratius, quàm sermonis sui studium & doctrinae? nam ipse felicem pronũciat uerbi sui amatorem: Beati, inquiẽs, qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Illos, inquam, non modo fouet & diligit, sed & pro ueris amicis suis agnoscit ac recipit, sic enim dixit: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonem dei audiunt, ac faciunt illum. Bene itaq; uiro, qui non abijt in consilio impiorum, & in uia peccatorũ non stetit, & in consessum deridentium non sedit: Sed in lege dei uoluptas eius, et in lege eius meditari solet die ac nocte. Derideneium impiorumq; magna est phalanx, pauci autem regnum dei toto pectore quærunt. Feliciter uero tibi atq; tuis, si pergas timere dominum, doctrinam eius fouere, amplecti & promouere, exaussa omni impiorum formidine. Nam quot quæso sunt hypocritæ, qui principum quorundam minis territi resiliunt à regno dei? Quot sunt qui renouatam Euangelij doctrinam ex animo odiunt, utuperant & execrantur, modisq; omnibus persuadere principibus moliuntur, cœlestem hanc doctrinã stirpitus submoueant? qui nullo horrendi iudicij metu terrentur:

rentur: sed quasi ipsi dij sint impia consilia machinantur aduersus sanctos domini. Deinde quot sunt ex proœribus uiri dolosi, qui ad faciem principibus sanis adblandiuntur, à tergo uero uirulentißime mordent atq; derident? quibus num sit aliquid noœntius, haud scio. Simulato enim amico uix est pestilentius quicquam. Habent eiusmodi adulatores, heu dolor, aulæ regum atq; ducum, qui sectantur solum heroum suorum fauorem, neglecto fauore regis & principis cœlorum: & quæ uolunt illi, dicunt. Laudant quid principes, laudant & ipsi: non absimiles parasito illi Terentiano, qui sibi imperauerat omnia adsentari. Is quæstus, inquiens, nunc est multo uberrimus. Sed quod præmium illi ipsi pro labore suo reportaturi sint, sentire incipient in exhalando spiritu, & cum sistentur ante metuendum Christi tribunal, uisuri suis oculis quem olim pupugerint, contumelijsq́; affecerint, auctoramentum blasphemiarum recipientes. Longe ab illorum moribus te abhorrere gaudeo. Itaq; te commendo, & precor pergas ueluti in domino cœpisti. Dedico igitur tuæ integritati hunc librum conciliationum scripturarum, quæ specie ténus pugnare uidentur, auctum, emendatum, & ex duobus in unum uolumen contractum, ut rursus amorem gratumq́; animum meum erga tuam humanitatem intelligas. Non es enim ignarus, simplices rudesq́; cœlestis philosophiæ lectores, qui nondum exercitati sunt in literis diuinitus inspiratis, putare scripturam aliquoties

ſibi diuerſam & pugnantem. Deinde quidam maleſe-
riati homines idem pertinaciter nuſquam non clamant,
& mordicus affirmant: quum tamen ipſi irrequ eti ſi-
bi non conſtantes, ſecum pugnent & diſſideant, ſuaſq;
cogitationes ſcripturæ ingerant. Nam ſacra ſcriptura,
ſi modo ſpirituali iudicio legatur, non diſſidet ſecum,
ſed optime conſentit, concordat, conuenit, æqualis, con-
cors, ſibiq; ſimilis eſt. Quos itaq; locos antehac conci-
liaueram, ad quorundam preces emendaui, auxi, & è
duobus libellis unum conflaui: idq; non ſine leui cauſſa
& neceſſitate: Nam quoties poſt primam editionem ex
uſi ſunt, adiecerunt typographi in titulo mendacem ad-
ditionem, quaſi libellus fuiſſet à me denuo caſtigatior re
cognitus, quum ego nullam limam adhibuerim à pri-
ma editione, præter eam, quæ nunc primum prodit,
qua ego mutaui quædam: & ubi res exigebat, adieci
paucula. Prima æditio mendis reſperſa erat, hanc ema-
culatiorem dediſſe typographum putauerim, d. ſtuliſ-
ſem forſan recognitionem, niſi me fraus & additio in-
ſcriptioni addita coëgiſſet. Non enim uſq; adeo æquus
ſum mutationibus, & tam uarijs crebrisq; recognitio-
nibus librorum, quibus candidi lectores plerunq; ſuæ
emptione fraudantur. Precor autem tuam ſyncritatem,
hoc munuſculum grato animo à me accipias in amoris
μνημόσυνον, & ſicut cœpiſti pietatem rectaq; ſtudia,
pio prudentiq; conſilio promouere, ita deinceps quoq;
facias ſedulo, addetq; dominus ſpiritui tuo: & cum an
te tribunal

te tribunal ipſius apparueris rationem factorum reddi turus, dicat tibi iuſtus iudex: Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. Vale cum honeſtiſſima cõiuge tua quàm felicißime. Dominus ſit tecum, & cum ſpiritu tuo. Amen. Onoltzbachij ferijs diui Ioannis Baptiſtæ, Anno ſalutis noſtræ 1530.

Tuæ integritatis ex animo deuotus
Andreas Althamer.

CONCILIA

TIO LOCORVM SCRIPTVRAE, qui prima fronte inter ſeſe pugnare uidentur, authore Andrea Althamero.

I.

Septies in die cadit iuſtus. Prouerbiorum. XXIIII.

Iuſtus in æternum non commouebitur. Pſalm. CXI.

Principio admonuiſſe uolo lectores, inter locos quos diſſidentes uocant, plurimos eſſe, quos animalis homo longiſſime inter ſeſe pugnare iudicat, qui ſi penitius ſpiritus iudicio expendantur, ac conferantur, exaußis circumſtantijs, non ſolũ nõ diſſident, ſed multomagis ſe in uicẽ interpretantur & explicant. Inter eos ſunt & hi priores: Septies in die cadit iuſtus: et, Iuſtus non commouebitur. Delinquit pius, tamen nõ cõmouebitur in æternum, id eſt, à iuſticia dei non decidet omnino. Prior locus ex ſententijs Solomonis hoc habet, quod Paulus in Rom. aliquoties repetit. Sanctos ſpiritu dei illuſtratos, quandiu in carne uiuant, ſequi carnis reliquias, id eſt, naturam genitali morbo uiciatã, uetterẽ hoiem non dũ mortificatum plene, non poſſe nõ ſuũ agere, hoc eſt peccare: non tamũ uulgariter, ſed aliqñ manifeſte labi in grauia & hor

Sancti quo q; peccent.

& horrenda ſælera. Semper enim concupiſcit caro aduerſus ſpiritum, Gal. 5. Exemplum eſt Dauid, Ezechias, Hiob, Petrus, Apoſtoli, &c. qui deliquerunt minime uulgariter, ueluti ſacræ tradunt paginæ. Non eſt iuſtus ſuper terram, qui faciat bonum, & non peccet. Eccleſ. 7. Cum uero ceciderit iuſtus, non collidetur, quia dominus confirmat manum eius. Pſal. 36. Id quod Paulus ſic expreßit: Nulla condemnatio eſt ijs, qui inſiti ſunt Chriſto. Diligentibus enim deum omnia ſimul adiumento ſunt in bonum, Rom. 8 Delinquit nonunq̃ iuſtus humana imbecillitate, titillante carne, ſed nõ imputatur ei delictum, domino remittente. Pſal. 31. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Nam ſi dixerimus, peccatum non habemus, noſipſos fallimus, & ueritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emũdet nos ab omni iniquitate. 1. Ioan. 1. Hinc fit, ut & ſancti agnoſcentes peccatricem carnem & ingenium ueteris Adam, orent, Remitte nobis debita noſtra, agnoſcentes numirũ infirmitatẽ ſuã & carnis impuritatẽ. Iuſtus aũt in æternũ nõ cõmouebitur. Nõ dicit propheta: Iuſtus in æternũ nõ peccat, ſed nõ cõmouebitur, nõ ſubtrahet ſpẽ atq; fiduciã à deo ſalutari ſuo, etiam in peccatis fixus in dño ſtabit, & dñs nõ deſeret eum, quia in ipſum ſperauit. In memoria æterna erit cõrã deo, quando interim ultus dñi eſt ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum, Pſal. 33. Cadit iuſtus, ſed reſurgit, & do-

Deus nõ imputat ſctis peccatũ.

& dominus non imputat peccatum. Permanet fixus in domino, perpetuo nõ collidetur, impulsibus inferni, Sathanæ, peccati, mortis, non abijcietur. Deus non potest eius obliuisci, quia sperat in eum, confugiens ad ipsum solum in tribulatione, & oculi domini super iustos, Psalmo. 33. Etiam si ad tempus deseratur, perpetuo tamen haud commouebitur, minime sperabitur à deo. Paratum enim cor eius sperare in domino, confirmatum est cor eius & non commouebitur. Errat iustus, sed non perit in peccatis, domino reuocante. Ideo & sancti in ipsis peccatis, morte, inferno, clamant ad dominum, & sciunt se auditum iri.

II.

Ne respondeas stulto secundũ stulticiam suam, ne efficiaris ei similis. Prouerb. XXVI.

Respõde stulto secũdũ stulticiã suã ne sibi sapiẽs esse uideat. Ibid.

Quæ hic subest pugnantia, in uerbis tantũ est, in sententia minime. Ne respõdeas stulto, id est, impio, excæcato, metu dei uacuo, hæretico, prophano, in quo spiritualis sensus & intelligentia nõ est, qui deũ & quæ dei sunt minime curat, sed sibi in sua sapiẽtia adblãditur. ij enim stulti et insipiẽtes uocãtur in scripturis: qbus nõ est respõdẽdũ, nec contra eos disputandũ: carent enim spirituali intelligen-

intelligentia, sua insipientia excæcati non audiunt recte monẽtes, nõ reuocãtur, sunt per se damnati. Tales enim post unã atq; alterã admonitionẽ uitandos monet Paulus. Tit. 3. Ne similes efficiamur eis, hoc est, ne & ipsi stulti litigando amittamus ueritatem & spiritualem intelligentiam, prophani, excæcati, insipientes & hæretici fiamus. Pro. 1. Sapientiã & eruditionẽ stulti adspernantur. & Pro. 18. Nõ licet stulto intelligere. Matth. 7. Nolite sanctũ dare canibus. Ita Paulus 2. Timot. 2. Pugnas uerborũ prohibet. Tit. 3. Hæreticũ post unã aut alteram admonitionẽ fuge. Deinde quòd addit: Respondе stulto &c. hoc uult declarandã atq; manifestandam ipsi suã insipientiam, & scripturarũ peruersam intelligentiã & expositionẽ quam torsit ad suũ dogma stabiliendũ, ne sapere sibi uideatur, coarguendus pluries, ut confundatur: ne arroget sibi, quòd solus recte sapiat, & uerum scripturæ sensum attigerit, ut solent stulti, qui hodie gloriantur usum Eucharistiæ & Baptismi sibi solis cognitum, nullos præ illis recte docuisse. ij stulti monendi aliquoties & coarguendi, ut confundantur & uideant cum se sapientes crederent, factos stultos. Idem Paulus iubet. 2. Timoth. 4. Insta tempestiue, intempestiue, argue, increpa &c. Vbi semel atq; iterum caueris deinceps deuita, & sit tibi uelut Ethnicus & publicanus, Matthei decimo octauo. Consule doctissimas annotationes Philippi Melanchthonis in Parabolas Solomonis.

Stulti et hæretici arguendi.

In Sacramentarios.

Perdes

III.

Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Pſalmo. v.

Abraham mentitus eſt. Geneſ. XII.

& non periit.

In lege aliquoties prohibetur mendacium, ne ſciliæt falſa loquamur. Exodi 23. Leui. 19. ſed ut depoſito mẽ dacio loquatur quiſq; ueritatem proximo ſuo, quando ſumus inuicem membra, Epheſior. 4. Ad quæ Dauid: Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Ideoq; Petrus Ananiam et Saphiram mentientes occidit, Actor. 5. Quòd uero Abraham atq; multi ſanctorum hoc crimine deprehenſi, minime perierint, hæc ſubeſt ratio, quòd dominus non imputauerit illis peccata, nec illi hoc admiſerint malicia animi, ſed conſeruandæ uitæ ſuæ & ſuorũ gratia. Sic Abraham propriæ ſalutis & uxoris cauſſa coram Pharaone & Abimelech mendacia protulit, Geneſ. 12. & 20. Similiter & Iſaac filius eius, Geneſ. 26. & Dauid inſaniam ſimulat coram Achis rege Geth 1. Regum. 21. Ad eum modum Iudith liberandorum ciuium gratia imponit Holopherni, aſtute recitans itineris ſui cauſſam, Iudith. 11. Præterea Septies in die cadit iuſtus & reſurgit, Prouerbiorum. 24. Non eſt homo qui non peccet. 3. Reg. 8. At dominus non imputat peccatum, remittit potius, exploratum habens cor ne-

Mendacium prohibetur

Abraham mendax

Iſaac mendax.

Dauid mẽdax.

Iudith mendax.

cor noſtrum, quo animo faciamus mala. Ipſe eſt qui delet iniquitates noſtras, peccatorum noſtrorum nō recordans amplius, Eſaiæ 43. Mundis omnia munda, Tit. 1. & diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, Roma. 8.

IIII.

Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli: Ipſi peribunt, tu autem permanes. Pſalm. 101.

Terra in æternum ſtat. Eccleſ. 1.

Cœlū et terra trāſibūt, exponitur.

Videntur diſſimiles iſtæ duæ ſententiæ, ſed ſi rectius introſpexeris, non diſſentiunt. Multi ſunt qui cœlum terramq; penitus interitura prædicant, dū legunt in hiſtoria Euangelica: Cœlum & terra tranſibunt, Matth. 24. Lucæ. 21. Sed Chriſtus hoc non dicit, uerum animans ſuorum diſcipulorum animas ad futuras adflictiones de perpetuitate & ſtabilitate uerbi ſui loquitur, quaſi diceret: Cœlum & terra firmiſſima, alioqui citius perierint quàm meum uerbum, quod adeo ſolidum eſt, ut nulla uetuſtate intereat, nullis periculis ac tumultibus ſupprimatur, nullis quantumuis magnis oppugnationibus corruat, ſed perdurabit perpetuo. Omnia quæ dixi euenient. Terra in æternum ſtat. Cœlum non tranſiit, ſed immutabitur: ſubſtantia eorum manebit, ſed fa-

Cœli & terræ tranſmutatio.

cies

cies mutabitur & innouabitur. Velut apud homines uestres uestes nouis mutantur, ita uetustas cœli & terræ in nouitatem immutabitur. Videbimus enim cœlos nouos & terrã nouam, Apocal. 21. Cœli in aduentu Christi nouissimo soluentur, & elementa præ calore liquescẽt. Nouos aũt cœlos & terram nouam, in quibus iusticia habitet, secundũ promissionẽ eius expectamus. 2. Petri. 3. Soluentur cœli, hoc est, fient alij mundiores sicut aurũ igne soluitur, non ut intereat sed ut purius fiat expurgata scoria. Vnde Tertul. cap 70. Eccl' dogmatũ, si modo titulus nõ mentitur authorẽ: Elemẽta, id est, cœlũ & terrã nõ credamus abolenda per ignẽ, sed in melius cõmutanda. Figurã quoq; mundi, id est, imaginẽ, non substãtiã transituram. Sic quoq; caro nostra soluenda est, nõ ut pereat in æternũ, sed quo sanctior atq; incorruptior fiat. 1. Corinth. 15. Cadit animale resurgit immortale in terra quã nunc habitamus, non est iusticia, sed maledictio, Geneseos. 3. Maledicta terra in opere tuo &c. Sathan est princeps & deus huius mundi. Roman. octauo, ipsa creatura uanitati subiecta est non uolens, & liberabitur à seruitute corruptionis &c. Verum cœli & terra, in quibus tum habitabimus, erunt noui, posita uetustate, perfectiores, ubi perpetuo regnabimus, perditis de terra omnibus impijs. Quo nimirum respexit scriptura, Prouerbiorum secundo. Recti in terra perdurabunt, & probi in ea superstites erunt. Impij è terra extirpabuntur, & funditus

Terra ĩ habitatur à pijs.

funditus delebuntur quotquot contemnunt deum. Psalmo. 26. Malignantes exterminabuntur, expectantes autem dominum, ipsi hæreditabunt terram. Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Quomodo ergo transibit terra, si in seculum seculi habitabitur à iustis? Stat igitur in æternum, sed mutata facie. Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi hæreditatem accipient terræ. Apposite inquit accipiet: quia in terra innouata habitabunt sancti, & uiuent in æternum in ea, quæ propterea dicitur terra uiuentium. Quando igitur Christus inquit: Cœli & terra transibunt, intelligendum est, citius quam uerbum meum intereat. Aut potius transibunt ad perfectionem, id est, innouabuntur, fient puriora & incorruptiora, electis impijs, mutabuntur, aliam induent faciem: illic habitabit iusticia, ubi nunc regnat iniquitas: illic erit pax & gaudium, ubi nunc fraus, bellum & iniuriæ. Verbum autem meum manet in æternum, & in seculum seculi non mutabitur, nec aliam induet faciem, sed semper idem erit & manet incorruptum.

Terra uiuentium.

V.

Arundinem comminutam non cõfringes. Iesaiæ. XLII.

Tanquã uas figuli confringes eos. Psalmo. II.

Prior

Prior locus, quem Matthæus Euangelista ex Propheta Ieſaia citat, uarie à uarijs exponitur. Quidam ca lamum quaſſatum & linũ fumigans pro contritis corde, fide infirmis, & conſcientijs lege territis interpretantur, quos ſubleuet Chriſtus ſuo ſpiritu, conſoletur Euangelio, non perdet omnino, iuxta illud Ezech. 34. Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit dominus deus. Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod confractum fuerat alligabo, & quod infirmum fuerat conſolidabo, et quod pingue & forte cuſtodiã, & paſcã illas in iudicio &c. Et Matthæi. 11. Venite omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficillabo uos. Sunt qui arundinem contunutam interpretentur aduerſarios Euangelij, iam coram deo confractos & iudicatos, quos non uelit confringere, id eſt, uel amplius irritare, uel publico iudicio concutere cum potuiſſet. Nam in fine ſeculi reuelabitur iudicium impiorum, quod nunc eſt occultum. Et linum fumigans exponunt eoſdem ira & damnatione accenſos, quos non extinguat, hoc eſt, permittat ſibi ad interitum eorum. Donec eijciat ad uictoriam iudicium, id eſt, per ſe uincat ueritas, & manifeſta fiat ipſius iuſticia, & aliorum iniquitas. Hoc fœrat Ieſus prædicãs Euangelion regni dei, tolerauit Phariſæos & cæcam Iudæorũ rabiem. Non contendit, neq; clamauit, ut uox ipſius minime in platæis audiretur. Vbi agnouit inſidias Phariſæorum de perdendo ipſo, ſeceſſit illinc declinans

Linũ fumigans q̃d ſit

Harundo cõminuta.

nans ad tempus, permiſit eos in ſua cæcitate, iudicio patris relinquens, ne furioſos furioſiores redderet. Hunc ſenſum uidetur urgere totus contextus & ſeries orationis. Qui uero in Pſalmis eſt locus, non repugnat illi. Phariſæi enim ſic exacerbati ſunt prædicatione uerbi, excæcati iuſto iudicio dei, iuxta prophetiam Ieſaiæ 6. Veritati noluerunt ædere, ob id comminuit eos tanquam uas figuli, non armis ferreis, ſed Euangelio, quod omnia noſtra damnat, hoc peraßi in conſcientijs & excæcati pereunt, ucluti figulus ollam confringit malleo, ita deus noſter uerus plaſtes illos aduerſarios ſuos uirga ferrea, id eſt, ſpiritu oris ſui contrit, & ſpiritu labiorum ſuorum, Ieſa 11. & 2. Theßa. 2. quam uirgam ferream alibi propheta Dauid uocat ſceptrum iuſticiæ, Pſalm. 44. Paulus gladium ſpiritus, Epheſ. 6. Senſus itaq; eſt: Tanquam uas figuli confringes aduerſarios, id eſt eneruabis, imbelles & exanimes reddes, conatuſ-ſis eorũ faſtu & tyrannide, ut nequeant conſiſtere, ubi uerbo dei cœpti fuerint dijudicari. Facies eos limum fumigans, non ardens, & arundinem comminutam, non integrum calamum, in quibus nihil uirium ſuperſit. Iã uides quàm congruant ambo loci, q; Chriſtus confringat uerbo Euangelij, ſceptro iuſticiæ uires aduerſariorum, ſed tamen permittat obſtinatione fumare linum non penitus extinctũ, confringet calamum, tamen omnino non comminuat, uſq; ad iudicium ubi reuelabitur iudicium totius mundi. Impij licet damnati ſint, tamen nõ dum

Virga ferrea eſt Euãgelion.

Sceptrũ iuſticiæ, gladius ſpiritus.

Impiorũ iudiciũ nõ reuelatũ eſt.

dum reuelatum est illis iudicium. Vides alterum, alterum interpretari.

VI.

Ad huc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Ionæ. iij. (iiij. Parcã Niniue ciuitati magnæ. Ion.

Quando malicia Niniuitarum ascenderat corã deo, emisit dominus Ionam Prophetam ad prædicandum pœnitentiam, hac nimirum conditione, nisi pœniterẽt, subuerteretur Niniue, ut intelligas contionem Prophetæ fuisse, urbẽ quadraginta diebus euertendã, si non resipuerint. Sic semper prophetas suos dedit per diem, consurgens diluculo, & mittens, Hiere. 7. Quia non faciet dominus deus uerbum, nisi reuelauerit secretum suũ ad seruos suos prophetas, Amos. 3. Sic quoq; Ioannem baptistã præcursorem Christi, præmisit parare uias dñi, ut ad resipiscentiam inuitaret. Id quod & ipse Christus Iesus haud impigre præstitit, similiter etiã Apostoli eius. Oportuit enim sub nomine eius pœnitentiã prædicari, ac remissionem peccatorũ in omnes gentes, Luc. 24. Quid multis? Qui crediderit, seruabitur, at super incredulos permanet ira dei, Ioan. 3. Vnde Psalmo praphus, Nisi cõuersi fueritis, gladiũ suũ uibrauit, arcũ suũ tetendit & parauit illũ, Psal. 7. & Christus Lucæ. 13. Dico uobis, nisi resipueritis, omnes simul peribitis. Vides semper conditionem pœnitendi adiectam.

Deus semp præmisit p phetas, qd magni fãcturus.

Niniuitarũ pœnitentia seruauit eos à perditione.

Sic Niniuitæ credentes prædicationi Ionæ, et pœnitentiam agentes, Matth. 12. seruati sunt, alioqui perdendi. Et pepercit dominus ciuitati magnæ, quam alioqui erat subuersurus. Tanta res est pœnitētia & fides uerbi dei, ut è condemnatione eripiat, & à morte liberet, Ioannis quinto.

VII.

Terræ uectes concluserunt me in æternum. Ionæ. ij.

Et dixit dominus pisci, & euomuit Ionam in aridām. ibidem.

Ionas fuit in inferno.

Idem Ionas filius Amithai cum esset in uentre cæti tribus diebus ac noctibus, in angustia & horrore mortis, in inferno, in corde maris, unde non erat spes redeundi, septus aquis & morte, cum iam non magis uideret uitam & salutem, nec spem ullam cōcepisset euadendi, post multa uerba, quæ illic legis, dixit: Circunderunt me aquæ usq; ad animam, Id est enatare non potero, iugulum meum petitur, anima mea suffocatur aquis. Abyssus uallauit me, pelagus operuit caput meū. Igitur non possum emergere, desperata sunt omnia, ad restim res redijt, actum est. Ad extrema montium descendi, terræ uectes concluserunt me in æternum. Ita aquarum multitudine septus sum, ut pertingendi portus spes ablata sit, cogor in ipsis aquis interire, non enatabo perpetuo concluſus uectibus terræ: efflabo igitur spiritum.

ritum. Hæc dixerat Propheta in mortis angustia, aliud interim agit dominus, quod Ionam latuerat, præcpit ceto, ut captuum restitueret uiuum. Id quod exequitur piscis ad uerbū domini, euomuit Ionam, & terræ reddidit, ut ursum & ministerium suū consummaret. Vt discamus aliud hominem iudicare, aliud deum operari. Ionas de uita desperauerat, deus è morte & inferno ad uitam protrahit. Suo & omnium iudicio in morte conclusus erat perpetuo, sed aliud agit deus. Ipse est qui deducit ad inferos & reducit, mortificat & uiuificat. Exemplum habes, unde fidem alas. Deus mortificat & uiuificat.

VIII.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea. Psal. xxxi.

Inueterauerunt ossa mea dum clamarem. ibidem.

Vnus uersus est hic Dauidis, quem conuellere minime licet, sic restituendus. Quoniam tacui inueterauerūt ossa mea, in rugitu meo tota die. Sensus est Prophetæ, Quoniam delicta mea & maliciam animi tacui, non libere confitendo, prout debebam. Torquet nunc conscientia & remordet, ut iugiter clamem præ dolore & angustia animi, debebam peccata mea coram deo confiteri, & dolum spiritus minime œlare. Si enim confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate, 1. Ioan. 1. Confessio peccatorum necessaria.

1. Ioan. 1. At quia ego tacui confessionem peccatorum, non agnoui iniquitatem, non deprecatus sum ueniam, uenit dolor super dolorem, nam ossa mea ob crebrum dolorem & rugitum non confessi peccati, & conscientiæ morsum, inueterauerunt, languerunt, & contabuerũt horrore iudicij diuini. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua (domine) conuersus sum in ærumnam dum configitur mihi spina. Quid multis? nolens uolens cogebar iniquitatem meam fatri, & nequã meum detegere, pœnam remordentis conscientiæ & animæ angustiam ferre non potens. Et tu remisisti impietatem cordis mei &c.

IX.

Deus tuus unus est. Deute. vi. Ego constitui te deum Pharaonis. Exodi. vij.

Vnus est deus tantum. Moses deus Pharaonis.

Quid hic audimus? Vnus est deus & pater omnũ, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus, una fides, unum baptisma, Ephe. 4. Vnde igitur Moses constituitur deus Pharaonis? Nimirũ quòd ea, quæ deus sibi præoperat, corã Pharaone Aegyptiorũ rege esset cõsummaturus signis et miraculis, quibus tyrannũ obstinatiorẽ redderet. Non aũt dictus est deus populi Iudaici, sed tantum dicit, Ego constitui te deũ Pharaonis, uidelicet, ut meas partes agas, ego per te miracula edam, puniam & excæcabo Pharaonem. Iam cum dei sit propriũ

uuare

iuuare mortales, & omnes homines ſaluos facere, hoc eſt nutrire & conſeruare, deinde etiam perdere & ſaluare, non ſic conſtituit Moſen deum, ut diuinam naturam illi reſignarit, ſed tantum ut ageret quæ ſibi committeret. Nam aliàs poterat Moſes uocari deus, quia fidelis in domo dei & iudex populi Hebræorum. Eo q̃ omnes credentes uerbo dei renati, dicantur dij, Pſal. 81. Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi omnes. Ioannis. 1. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri &c. 2. Petri. 1. Pretioſa uobis promiſſa donata ſunt, ut per hæc effiæremini diuina conſortes naturæ &c. Sic iudiçs uocantur dij, q̃ diuina authoritate præſint, & non ſuum, ſed dei iudicium iudicent. 2. Paralip. 19. & Rom. 13. Magiſtratus eſt à deo & dei miniſter. Velut apoſtoli lux mundi dicuntur non ſua natura, ſed q̃ ueræ lucis, quæ Chriſtus eſt, teſtes ſint. Ita quoq; dij uocantur, q̃ ueritatem dei ſibi creditam prædicent, dei uiæ, qui uoluit nos eſſe miniſtros noui teſtamenti, non literæ, ſed ſpiritus. 1. Cor. 3. & diſpenſatores myſteriorum eius. 1. Cor. 4. Iam uides homines dici deos, non natura, ſed adoptione et denominatione. Talem deũ conſtituerat Moſen cum diceret: Perge, ego ero in ore tuo, doceboq; quid loquaris, Exod. 4. Aliàs unus tantum eſt deus uerus, naturalis & omnipotens. 1. Cor. 8. Nam etiam ſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra, quemadmodũ ſunt dij multi & domini multi: nobis tamen unus eſt deus, qui eſt pater ille, ex quo omnia, & nos in illum, & unus

Dij ſunt omnes credẽtes.

Dij ſunt Iudiçs.

Lux mundi aut dicuntur apoſtoli.

Prædicatores ſunt dij

dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per illum. Porrò nihil offendat te Chriſtiane lector, Arrianorum error etiam noſtræ tempeſtatis, qui blaſphemãt & dicunt: Si unus tantum deus uerus & naturalis, nec Chriſtus Ieſus Nazarenus filius Mariæ erit deus? O tempora, ô mores. Chriſtus natura eſt dilectus filius dei patris, in quo ſibi bene complacitum eſt, unus cũ patre & ſpiritu ſancto, non eſt diuiſa natura, non tres dij ſunt. Pater eſt in filio, & filius in patre, in utriſq; ſpiritusſanctus: nam tres ſunt perſonæ, una eſt ſubſtantia, una natura, una maieſtas & potentia. Hæc quia nõ capit ratio & intellectus humanus, propterea falſa ſunt? minime. Sola fides apprehendit, et ſolus deus docet. Si credis uere, ex deo habes, Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Sin minime poteris capere, deſine diuinæ maieſtati obſtrepere, ne luas infidelitatis pœnas. Miſeretur cui uult, & quem uult indurat, Exod. 33. Super hac re priuatum bellum ædidi de diuinitate Chriſti, Germanico idiomate contra nouitios impoſtores Arrianos aut Ebionitas, quẽ legant qui dubitare cœperunt, Chriſtus an uere deus ſit, an Propheta tantum.

Cõtra nouitios Arrianos, diuinitatẽ Chriſti abnegantes

Ieſus Chriſtus uerus deus.

X.

Deſiderium pauperum exaudiuit dominus. Pſal. ix.

Deſiderium peccatorum peribit. Pſalmo. cxi.

Sola

Sola fides inuocat, eaq; sola impetrat. Fieri enim nõ potest, ut citra fidem quis deo placeat, Hebræ. 11. Soli itaq; credentes orant, Roma. 10. Quomodo inuocabũt in quem non crediderunt? Peccatum est, quod ex fide non fit, Roma. 14. Sic impiorum oratio non est oratio, sed potius clamor & simulatus cultus. Vnde orat uates regius, Fiat oratio eius in peccatum, Psal. 108. q. d. quia non orat ex fide, sed inani murmure obstrepit tibi deus obtundens aures diuinas, ne quæso exaudias hypocrisim, sed sit peccatum precatio ipsius, & frustretur spe sua. Iam cum hypocritæ & impij non adorent in spiritu & ueritate, sed labijs tantum orent, Matthæi. 15. Cassa fit oratio, & perit desiderium impiorum. Pauperes uero, qui promissionem dei ueraciter apprehenderũt, exaudiũtur. Ieſaiæ. 65. Erit antequàm clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus, ego audiam. Mar. 9. Omnia possibilia credenti. Psal. 36. Iuxta est dominus ijs qui tribulato sunt corde. Matthæi. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Vnde Dauid, Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Psalm. 119. Si potes credere et deo dare gloriam, potens est ille tibi dare, quia diues fidelis, & uerax est, seipsum negare non potest. Sin diffidis, quomodo ille diffidenti tribueret? Velut credis, ita fiet tibi.

Peccatores non exaudiantur.

Pauperes exaudiri.

XI.

Mihi uindictam, & ego retribuam.

Deute.xxxij.

Videã ultionẽ tuã ex eis. Hiere.xi.

Vindicta prohibita.

Spiritusſanctus ubiq; in ſcripturis prohibet ultionẽ ne ſe quiſq; uindicet accepta iniuria, ſed deo committat uindictam, qui uiuorũ atq; mortuorum iudex eſt, ipſe uindicabit cauſſam innocentum. ſumet ultionem de calumniantibus & opprimentibus ueritatem, nihil inultum relinquet, uniuiq; iuxta opus ſuũ reddet. Prouer. 20. Ne dicas reddam malum, ſed exſpecta dominum, is ſaluabit te. Nobis iniuria ferenda, uelut multis uerbis declarat Chriſtus, Matth. 5. Idem quoq; Paulus Ro. 12. Non uoſmetipſos ulciſcentes dilecti, quin potius date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi ultio, ego retribuã dicit dominus. Quando uero magiſtratus uindicat, authoritate dei facit, non proprio auſu. Rom. 13. Dei miniſter eſt, ultor ad iram. Prouer. 16. Pondus & ſtatera iudicia domini ſunt. Horrendũ eſt præterea incidere in manus dei uiuentis. Hebr. 10. Videat igitur quiſq;, ut iuſte iudicet. Nuſquam legimus ſanctos ſuapte ſumpſiſſe arma uindicandi gratia, niſi iuſſi à deo. Quoties cum uerbum dei aggreſſi ſunt ultionem, ſemper male cæſſit, & Petrus grauius obiurgabatur, cum enſem ſtrinxiſſet in hoſtes Iudæos. Quoties uero præcepto domini admoliti ſunt manus, non potuit ipſis male cædere. Nam ſi dominus nobiſcum fuerit, quis contra nos? Ro. 8. ſic pro ſuis ſemper pugnauit manus domini, & uindicauit

Magiſtratus habet ius uindicandi.

Sancti non uindicãt ſe

dicauit iniuriam ſanctis illatam. Orauerunt autem pij Sancti ora-
aliquoties ad dominum contra perſequutores, non uin uerunt pro
dictæ cupiditate, ſed zelo fidei: habet enim fides ſuum uindicta.
zelum non ſecus atq; caro, amore iuſticiæ, quam uide-
bant conuiciari, proſcindi, ac peſſundari, dolebant no-
minis dei blaſphemiam, & uidere non poterant, præ
nimio cordis dolore tam horrendũ iuſticiæ ueritatiſq;
contemptum. Vnde accenſi ſpiritu zelotypiæ clamaue-
runt ad dominũ, ne impietatem ac nominis ſui blaſphe-
miam diutius pateretur inultam. Sic Dauid ubiq; contra
impios inuehat, uelut eſt in Pſalmis nuſquam non cerne
re, & Prophetæ crebrius contra perſecutores precan-
tur. Ioannes quoq; in Apocalypſi ca. 7. ſcribit, animas
interfectorum propter uerbum dei, & propter teſtimo-
niũ quod habebant, clamaſſe uoce magna: Vſq; quo do
mine, qui es ſanctus & uerax, non iudicas ac uindicas
ſanguinem noſtrum, de his qui habitant in terra? Sci-
unt electi deum eſſe patrem orphanorum & uindicem
uiduarum, ſciunt q; ſit pœnam ſumpturus de inimicis
ſuis, malos male perditurus, at quando differt ultionem
& illi magis atq; magis furiunt, conuiciantur, occidũt,
perſequuntur, proſcribunt, quaſi impune illis liceat, do
lent pij homines fratrum innocentum necem, & quòd
pauperes ubiq; opprimantur, non ſit ius, neq; phas.
Qui iuſticiam tueri deberent, ſint iuſticiæ oppreſſo-
res & tyranni formidabiles, zelo iuſticiæ moti & pie
tatis atq; fratrum amore, inuocant dei ultionem, ne

longius

longius ſinat pietatem, innocentiam & æquitatem op-
primi. Sic Hieremias orat contra perſequentes, qui uo-
lebant ipſum extinctum, & cogitauerunt conſilia ſuper
cum dicentes: Mittamus lignum in panem eius, & era-
damus eum de terra uiuentium, & nomen eius non me-
moretur amplius. Quid facit uir dei ad iſtam contume-
liam? Deo tribuit gloriam, non ſe ulciſcitur, ſed orans
dicit: Tu domine zebaoth, qui iudicas iuſte, & probas
renes & corda, uideam ultionem tuam ex eis, Id eſt, ô
pater, fac iſtam blaſphemiã ulciſcaris, ne patiaris illos
impune in ſanctos tuos graſſari, ſume ultionem ex eis
me uidente, ut de tua iuſticia gaudeã in corde meo, qui
recte iudicas. Et alibi: Tu domine ſcis omne conſilium
eorum aduerſus me in mortem. Ne propicieris iniquita-
ti eorum, ut peccatum eorum à facie tua non deleatur.
Fiant corruentes in conſpectu tuo, in tempore furoris
tui abutere eis, Hiere. 18. Iam uides ſanctos non ulciſci
ſe, ſed domino cedere uindictam, & expectare cũ gau-
dio iudicium dei. Pſalm. 57. Lætabitur iuſtus cum uide
rit uindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccato-
ris. Audis quid faciant ſancti, orant deũ & expectant
eum, qui uenturus uenit, & non tardabit. Abacuc. 2.

Hieremias orauit contra perſecutores.

XII.

Filius non portabit iniquitatem patris. Ezech. xviij.

Ego uindicabo iniquitatem patrũ in filios

in filios in tertiam & quartam generationem. Exod. xx.

Semel admonui carnalem intellectum multos locos iudicare pugnantes, qui si preßius intueantur, & quæ præcedant atq; ſequantur, utrobiq; deprehendas potius concordiam, et q̃ alter alterum exponat, quam q̃ pugnent mutuo. Inter eos ſunt & iſti, quos modo attingimus: Ego uindicabo iniquitatem patrum in filios, & filius non portabit iniquitatem patris. Diſpeream ſi pugnent, & non magis ſe inuicem exponant. Audiamus igitur conciliationem. Dominus per prophetam Ezechielem pauloante dixerat: Eæ omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris, ita anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Pater, quia calumniatus eſt, & uim fecit fratri, & malũ operatus eſt in medio populi ſui, eæ mortuus eſt in iniquitate ſua. Filius uero, quia iudicium & iuſticiam operatus eſt, & omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa, uita uiuet. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iuſticia iuſti ſuper eum, & impietas impij ſuper eum, Ezech. 18. Id eſt, quenq; ſua iniquitas perdet. Rurſus, Iuſtus in fide ſua uiƈturus eſt, Abacuc. 2. Eccleſiaſt. 7. Lignum ubi æciderit, ibi erit. Et Galat. 6. unuſquiſq; onus ſuum portabit. Maledicti ſunt omnes impij, cum patres tum filij, & tota progenies, ut deus uiſitet iniquitatem

Filius non portat iniq tatẽ patris.

Iuſticia propria ſaluabit unumquenq;.

quitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationes his qui oderũt eum. Rursus faciens misericordiam in multa milia diligentibus cũ & seruantibus præcepta eius. Deu. 5. Iam uides quod illic in Mose dicitur à propheta interpretari: audis quoq; legem & Euangelion, Legem inodientes, Euangelion in diligentes uerbũ ipsius: iudiciũ in impios, iusticiam in pios. Filius non portat iniquitatem patris, quia iudiciũ & iusticiã operatur, diligit præceptum dei, non imitatur patrem impietate, sed declinat ad iusticiam & custodit uerbum dei, ob id uita uiuet & misericordiã gustabit, quam effundit deus in diligentes eum, iuxta promissionem ipsius. Alioqui si filius aut nepos patris uestigijs innititur, & à deo recesserit, morietur & ipse in peccatis suis, quia anima quæ peccauit, ipsa morietur. Visitat deus iniquitatem patrũ in filios qui oderunt eum, in tertiam et quartam generationem. Iam satis uides conciliationem, prophetam esse Mosis interpretem.

XIII.

Nolo mortẽ pctõris. Ezech. xviij. Qui fecerit iniquitatem, morietur in ea. Ezech. iij.

Nolo mortem peccatoris.

Vox est Euangelica, id est suauis, consolatoria, & grata Christianis auribus, adflictis conscientijs, legeterritis, qua sanctam bonitatem atq; misericordiam suam nobis affert & declarat deus pater, q amet nos, fauet &

at & beneuelit, benignus & tolerans ſit, qui faciat miſericordiam in multa milia diligentibus ſe. Deut. 5. nolit mortem peccatoris, non iraſcatur in perpetuum. Ieſa. 57. uelit ignoſcere & miſereri populi ſui, & condonare noxam, uelit omnes ſaluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire. 1. Timoth. 2. Quòd ſuæ cogitationes ſint cogitationes pacis, & non adflictionis. Hiere. 29. Quare etiam dedit filium ſuum unigenitū in mundum ſeruare quod perierat, uocare peccatores ad pœnitentiam, ut ſalui fiant, conuertantur ad dominum deū ſuū, fiant e filijs iræ & mortis, filij dei uiuentis. Ephe. 2. & uiuant ſana conſcientia in ſecula. Talem deū prædicat nobis hic propheta, qui ſit placabilis ac multæ miſerationis, qui non uelit mortem impij, ſed potius ut conuertatur & uiuat. Roma. 2. Bonitas dei te ad pœnitentiam inuitat. Alter uero locus. Qui fœcerit iniquitatem, morietur in ea. Lex eſt horrenda auctoramentum peccati ſubindicans. Siat etiam ille: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Ezech. 18. Damnat nos lex, ſi Euangelion, non ſubuenit: condemnat peccatum, ſi non interuenerit pœnitentia, & fides in Euangelion dei: morientur peccatores, ſi in delictis permanſerint, & pœnitentiam reſpuerint, ſiat Chriſtus pronunciat: Niſi reſipueritis, ōmnes ſimul peribitis. Lu. 13. Et ſi nō crediderits, quòd ego ſum, moriemini in peccatis ueſtris. Ioan. 8. Offert deus gratiā ſuam, modo eam acceptemus reſpuentes enim, male mulctabit, inuitat prædicatione

Lex dāna

Pœnitētia ſeruat.

Euangelij

Euangelij ad nuptias regni cœleſtis, contemptores peſſi me perditurus. Hoc habes in Propheta: Si annunciante te ad impium, ut à uicijs ſuis conuertatur, non fuerit cõ uerſus à uia ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur, porrò tu animam tuam liberaſti. Ezech. 33. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & aſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſticiam, uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor. Ezech. 18. Iam uides lege intentari mortem, Euangelio condonari peccatum. Vult deus mortem peccatoris, ſi uocem eius nõ audiat, non reſipiſcat: ſed pergat cœno impietatis ſe uolutare. Non uult, ſi pœnitentiam agat & credat Euangelio. Lege uult, Euangelio non uult. Iudicio damnat, iuſticia remittit. Hæc duo obſeruanda cenſeo in operibus dei. Qui credit in filium, habet uitam æternam, Qui autem incredulus eſt filio, non uidebit uitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Ioan. 3.

Lex mortis miniſtra.

XIIII.

Deus deus meus reſpice in me. Pſalm. xxi.

Ego cœlum & terram impleo. Hieremiæ. xxiij.

Deus homo factus eſt.

Ieſus Chriſtus cum eſſet in forma dei, id eſt cœlum & terram impleret, cœli terræq; dominus eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ut eſſet æqualis deo, ſed ſemetipſum

ipſum inaniuit forma ſerui ſumpta, in ſimilitudine hominum conſtitutus, & figura repertus ut homo, humilem præbuit ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem. Philip. 2. Factus paulo inferior angelis. Pſalm. 8. quando ſcilicet patiebatur ſupplicium mortis, tum uelut homo imbecillis in anguſtia & horrore mortis poſitus, & ab perialis inferni inuentus, uitulisq; multis circundatus, deinde quoq; ab uniuerſis derelictus, clamauit ad patrem: Deus deus meus reſpice in me. Eli eli lamma aſabtani. Deus deus cur deſeruiſti me? Eum uero, qui puſillū quiddam diminutus fuerat infra angelos, cernimus Ieſum propter cruciatum mortis, gloria & honore coronatū, ut per gratiam dei pro omni guſtaret mortem. Heb. 2. Seu ut alibi dicit Paulus, Qua propter & deus illum in ſummam extulit ſublimitatem, ac donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu ſe flectat, cœleſtium ac terreſtrium & infernorum, omnisq; lingua confiteatur, quòd dominus ſit Ieſus Chriſtus ad gloriam dei patris, Philip. 2. Homo nouiſſimus uirorum, Ieſaiæ. 53. clamat ſe derelictū. Deus uero ſiue glorificatus Chriſtus, inquit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Matth. 28. Et ego cœlum & terram impleo, Hiere. 23.

Deus humiliatus.

Chriſtus glorificatus

XV.

Omnino indigens & mendicus nō erit inter uos. Deute. xv.

Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Ibidem.

Mẽdici nõ habẽdi sũt.

Apparet his locis pugna sententiarum, uerum si recte exactas summam capitis, non diſſidebunt. Primum præcipit Moſes Iudæis, ne patiantur pauperes inter ipſos conuerſari, qui egeant, imò ut ſubleuent & occurrant eorum egeſtati. Deus enim propterea fecit alios

Diuites aut facti.

diuites, ut miſericordiam & liberalitatem in pauperes exeræant, ac fidem ſuam operibus probatam reddant. Rurſus pauperes creauit alios, ut patientia exerçeantur, & ab deo ſalutari auxilium ſperent, in dominum pauperum adiutorẽ confidant, à quo omnes diuitiæ & uniuerſa bona. Ait igitur lex: Omnino pauper non erit inter uos, quia benedicet tibi dominus deus tuus in terra, quam traditurus eſt tibi in poſſeßionem. Non iubet profligandos è terra aut iugulandos, ſed uult illis dari neceſſaria, ne mendicent. Audis legem præcipientem charitatem & miſericordiam in pauperes. Quòd uero deinceps inquit, non deſore pauperes, non lex eſt uelut prior, ſed rei futuræ prædictio, ſicut illud quoq;. Pauperes ſemper habetis uobiſcum, & quandocunq; uolueritis, poteſtis illis benefacere. Aliud eſt mandare, aliud rem futuram prædicere. Primũ præcepit, ne mendicos habeant, deinde dicit, non defuturos pauperes in terr ipſos. Velut ſi ego dicerem: curate, ne diabolo acquieſcatis, ſemper enim uelut leo rugiens circumiet in

ter uos

ter uos quærens quem deuoret. Cauete ne peccato inſer uiatis, regnat enim plerunq; peccatum in carne ueſtra. Mala imminebant ubiq;, uos autem date operam, ne malum admiſeritis. Semper erunt pauperes inter uos, ſiat & omnis generis mala, uerum illis occurrendum, cura & ſollicitudo adhibenda, ut tollantur, ſublcuandi pauperes & abundantia noſtra refocillaudi, ne men diare, & ab alijs ſtipem erogare cogantur. Id præceptum Iudæis datum, nobis quoq; mandatum eſt. Nam quotics quæſo ad eleemoſynas prouocat Chriſtus? At nos ſumus ſurdæ aſpides obdurantes aures, damus ubi non erat dandum, & ubi largiendum, retrahimus manus & claudimus. Ocioſos monachos & Nõnas, onera terræ, abundanter ſuſtentamus, omnẽq; ſubſtantiam in eos profundimus, de quibus dei præceptum non habemus. Pauperes interim, heu pudor, negligimus. Inordinatos fouemus & honoramus ad ſummum, qui extra Chriſtianã regulã ſuo uentri ſeruiũt, quos uero ſeruandos iubet Chriſtus, hos perſequimur. In Eccleſia recẽti nõ erat egens, Act. 4. penes nos mẽdicis oĩa plena.

Pauperes inter Chriſtianos non debẽt eſſe.

Contra mẽdicantes ordines.

XVI.

Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum, & dulcia ora ſuper mel & fauũ. Pſal. XVIII

Dedi eis præcepta non bona. Ezechielis. XX.

Verbum dei ſpiritualibus & Chriſtianis ſuaue, bonum, atq; delectabile eſt, uitam, pacem, & gaudium ſecum adferens. Deut. 8. Prouer. 3. Vnde Dauid: Bonum mihi lex oris tui ſup milia auri & argenti, &, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion. Lege totum Pſalmum. 118. uidebis quàm ſuauis, quàm grata & iucunda ſit pijs uox & uerbum dei, ut nihil magis deſiderent, quàm illud unicum Euangelion dei. Gratioſum ſi in pectore ſerues. Prouer. 22. Non poſſunt non ſummo gaudio atq; obuijs ulnis illud electi ſuſcipere. Et uelut ſanctis & ſpiritui eſt deſiderabile & acceptum, ita rurſus impijs & carni eſt ſumma ignominia, ignobile & deſpectum. Sic Paulus: Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem offendiculũ, Græcis uero ſtulticiam, ſed ijſdem uocatis Iudæis pariter & Græcis, Chriſtum dei potentiam ac dei ſapientiam. 1. Cor. 1. Et. 2. Corinth. 2. Chriſti bona fragrantia ſumus deo in his, qui ſalui fiunt, & in his qui pereũt: his quidem odor mortis ad mortem, illis uero odor uitæ ad uitam. Eloquia dei ſpiritualibus iucũda et deſiderabilia, carnalibus deſpecta & non bona. Dedit enim illis deus præcepta non bona, quæ irriſio ſunt ſtultis, quibus non libet intelligere. Prouer. 18. Sapientiam enim & erudi tionem ſtulti adſpernantur, Prouer. 1. Pijs autem præcepta dei propterea ſunt dulcia, quia pacem conſcientiæ adferunt, Chriſtum cum uniuerſis & bonis & donis

Verbũ dei quare ab impijs contemnatur.

in ſinum

in ſinum effundunt, iuſticiam dei aduehunt, & omnige nam conſolationem adminiſtrant. Rurſus impijs ſunt mala & contemptus, quia damnant uniuerſas iuſticias carnis, arguunt de peccato, hypocriſim detegunt, omnẽ carnem cœu fœnum eſſe demonſtrant, poſtremo etiam pœnam ob oculos ſtatuunt, orco tradunt, & transgreſſores condemnant. Ioan. 12. Sermo quem loquutus ſum, condemnabit eum in extremo die. Vnde exacerbatus mundus perſequitur uerbum dei, nolens ſua damnari, cruœm abominatur, uultq; pro ſua libidine dominari.

Pijs quare uerbum dei ſuaue.

Mũdus aũ perſequatur Euangelion

XVII.

Si quæſieris eum, inuenies. i. Paralip. xxviij.

Inuentus ſum à non quærentibus me. Ieſaiæ. lxv.

Cum audis deum inueniri ab quærentibus, cœue ne liberum arbitrium, aut meritum ſomnies, quaſi in tua poteſtate ſitum ſis ut poßis quærere, aut cõuerti ad dominum citra ſpiritus raptum. Dei donum eſt, & nõ uolentis, neq; currentis, Roma. 9. Vnde etiam promißio ſeu Euangelion adhortationi adiectum eſt, q, ſint eum conſecuturi qui quærunt, iuxta illud: Pulſanti aperietur, & qui quærit, inuenit, Matth. 7. Quemadmodum etiã Sapientia inquit: Ego diligentes me diligo, & qui mane uiglauerint ad me, inuenient me. Prouer. 8. Quæ ſententia quoq; Prouer. 2. & Sapient. 6. repetitur. Fi

Contra lib. arbitrium.

Deus ab quærẽtibus inuenitur.

de quæritur & inuocatur, ſine fide nihil impetrabis. Hebr. 11. Sine fide &c. Vnde Paulus ait: Iſraël qui ſectabatur legem iuſticiæ, ad legem iuſticiæ non peruenit. Propter quid? Quia non ex fide, ſed tanquam ex operibus legis. Impegerunt enim in lapidem offenſionis &c. Rom. 9. Audis nos iuſticiam & ſapientiam dei propterea non conſequi, qui de noſtra iuſticia & ſapientia nobis placemus, non adſpiramus ad gratiam, fingimus nobis merita, polliçemur ſanctitatem, ſuperbimus in iuſticia carnis, quæ immundicia eſt apud deũ. Ieſa. 64. Quòd uero Chriſtus Ieſus dei ſapientia & ueritas, apud Prophetam, quem modo citaui, ait ſe repertum à non quærentibus, non repugnat priori ſententiæ, ſed potius exponit: Ac dei gratia & miſericordia cõmendantur, qui citra omne noſtrum meritum aut ſtudium, in ſinum noſtrum tam ubertim ſe effuderit, ut ſapientiam ſuam paruulis reuelarit, & ijs qui nondum agnouerunt eum per fidem, & de quo ne fama quidem audierint. Quæ maior gratiæ commendatio & meritorũ deteſtatio? Ipſe prior dilexit nos. 1. Ioan. 4. Prior quæſiuit errantes, & humeris ſuis impoſuit, nobis nihil tale ſperantibus, ad ſe traxit & effudit dilectionẽ ſui in corda noſtra. Rom. 5. adde q; elegerit nos nondum natos, ante conditum mundum. Epheſ. 1. Ipſe igitur facit ut ipſum quæramus, diligamus atq; inuocemus, omnia de manu dei accipimus. Ipſe operatur in nobis uelle et perficere. Philip. 2. Inuenimus eum cum ſe manifeſta-

Iuſticiã dei aur nõ attingamus.

Gratiæ commendatio.

niſeſtauerit, aliàs non: quærimus, ſi traxerit nos.

XVIII.

Inquire pacem, & perſequere eam. Pſalmo. XXXIII.

Confundantur qui me perſequuntur. Pſalm. XXXIX.

In uerbis uidentur hi duo uerſus Dauidici pugnare, at ſi noueris, perſequi anæps eſſe uerbum, quod in bonam atq; malam partem uſurpatur, nihil difficultatis aut controuerſiæ ſuberit. Perſequi.

Primum iubet quærendam ſectandamq; pacem, ubi inuenta fuerit, amplexandam, ut & ipſe ſis pacis ſtudioſus, amans ſecuritatis, hoc eſt, ut in pacem transformeris, ſis pacificus, non litis aut cõtentionis amator, ſed facias ea, quæ pacis ſunt, pacem ames, paci ſtudeas, pace delecteris, pax tecum & in te habitet, hoc ſignificat pacem perſequi. Perſequi pacem.

Ideoq; uitandæ amphibologiæ gratia uertendum erat: Inquire pacem & ſequere, ſiue ſectare eam. Aliàs perſequi ſignificat odiſſe, inſectari, faſtidire & contumelia adfiere, ſic in altero uerſu accipitur. Confundantur & erubeſcant qui me aut animam meam perſequuntur. Id eſt, qui uitæ meæ inſidiantur, atq; extinctam uellent. Auertantur retrorſum & reuereantur, qui uolunt mihi mala. Ferant confeſtim confuſionem, qui dicunt mihi, euge euge.

XIX.

Videbit omnis caro ſalutare dei. Ieſaiæ. xl.

Auferatur impius, ne uideat gloriã dei. Ieſaiæ. xxvi.

Ieſaias Propheta de Chriſto uenturo agens, quòd ſit populum ſuum à peccatis & legis tyranni de liberaturus, poſt alia uerba, quæ legat illic lector, ſic inquit: Reuelabitur gloria domini, id eſt, remiſſio delictorum per Ieſum Chriſtum, & uidebit omnis caro, non tam Iudæi ſed & gentes, ſalutare dei, id eſt, Chriſtũ domini. Euidens nempe eſt, Chriſtum nõ tam à Iudæorum populo, quàm à gentibus uiſum. Matth. 2. Magi ab oriente ueniunt ipſum adoraturi. Matth. 8. Centurio uidet gloriam domini. Ioan. 4. Samaritana & multi Samaritanorum cernunt Chriſtum ſalutare dei. Ioan. 12. Multi Græcorum conſpexerunt & audierunt gloriam domini. Baruch. 3. Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus. Ipſe non tam Iudæis annunciatus eſt, ſed & inter gentes prædicatur, Colloſ. 1. Euangelium prædicatũ eſt apud uniuerſam creaturam, quæ ſub cœlo eſt. Vnde Ioannes dixit: Et uidimus gloriam eius. Ioan. 1. Quod uero deinceps in eodem Propheta legitur, ſecundum Septuaginta interpretes: Tollatur impius, ne uideat gloriam dei. Execratio eſt impiorum, qui dona & uerbum dei contemnunt, conuiciãtur, atq; proſcindunt, perdendi iuſto iudicio dei, ne uideant gloriam dei,

Chriſtus uiſus omni carni.

viam dei, id est, ne in Christum credant, & salui fiant. Iesa. 6. Ioan. 12. excæcati sua prudentia, iusticia, atq; cõsilio, non uident Euangelion gloriæ beati dei, quod est uirtus dei, ad salutem omni credenti, Roma. 1. Ipsi cæci sunt, lumen gratiæ cernere non possunt.

Beatus tu Israel, Quis similis tui populo, qui saluaris in domino? Deutero. xxxiij.

Generatio praua atque peruersa. Deute. xxxij.

Obserua populum Iudæorum sæpius commendari in scripturis, sæpius quoq; uituperari. Laudatur propter beneficentiã dei, quam præcipue isti populo præstitit. Non enim fecit taliter omni nationi. Psal. 147. Tradidit illis oracula sua. Roma. 3. id est, legem, prophetias, & uerbum suum. ipsorum est, inquit Apostolus, adoptio & gloria, & testamenta legis, constitutio & cultus & promissiones, quorum sunt patres & ij, ex quibus est Christus, quantum ad carnem attinet. Ro. 9 Vide quàm magnificis uerbis benedicatur à Mose, Deute. 33. à Bileam, Nume. 23. & 24. quamuis maior pars impia fuerit, tamen propter pios & electos, qui uerbum dei asstodierunt, & in lege domini ambulabãt die ac nocte, commendantur. Rursus uituperantur & maledicuntur, propter impietatem, quando neglecto uer- Iudæi laudantur. Iudæi male diuntur.

bo dei ſuas cogitationes ſequerentur, ut maior pars fuerit impia, minor pia. Sic Moſes in cantico definit, ipſos generationem prauã atq; peruerſam, ſiat quoq; Chriſtus in Euangelio facit. Matth. 12. & 16. Luc. 9. & 11. Moſe Deu. 9. uocat ipſos gentes duræ ceruicis. Pſal. 94 dicit Dauid, deum quadraginta annis infenſum fuiſſe generationi Iudæorũ. Cauſſam explicat author epiſtolæ ad Hebræos cap. 3. Stephanus quoq; multis uerbis obiurgat eos, probans ex propheta Amos fuiſſe idololatras, deinde etiam prophetarũ latrones appellat, Acto. 7. Omnia tamen p ſynecdochen intelligenda ſunt. Laudantur, q; pij aliquot fuerunt inter eos. Arguuntur, q; potior pars à domino deo recæſſerit. Commendantur à pietate, reprehenduntur ab iniquitate.

XXI.

Ego indurabo cor Pharaonis. Exodi. iiij.

Pharao ingrauauit cor ſuum. Exodi. viij.

Deus indurauit cor Pharaonis.

Nihil pugnant & iſti duo loci: Induratũ eſt enim ſemel cor Pharaonis iudicio dei, nec molitum poſtea, nõ dedit ei deus cor nouum, non abſtulit lapideum cor, & reddidit carneum, ſed in cæcitate ſua permiſit ad manifeſtandum gloriam ſuam. Ideoq; nihil refert, dicas Pharaonem ingrauaſſe cor ſuum, aut induratũ cor eius conſilio dei. Factus erat uas ignominiæ, & quãuis editis miraculis

miraculis per Moſen retraheretur à malicia ſua, tamen ſemper rediit ad ingenũ ſuũ, nõ potuit uere & ex aĩo dolere, quia cor lapideũ ablatũ non erat: nõ dederat ei deus cor intelligens, ſed magis indurabatur ad miracula dei. Quæ natura eſt dei, ut magis atq; magis induret obtũdat atq; excæcet ĩpios, uelut ſatis ex Ieſaia declarant Apli, Mat. 13. Mar. 4. Lu. 8. Io. 12. Act. 28. Ro. 11

XXII.

Deus mortem non fecit. Sapien. 1. Bona & mala, uita & mors, paupertas & honeſtas à deo ſunt. Eccleſiaſtici. xi.

Mallẽ abſtinere ab interpretandis ſententijs, quas habent libri apocriphi, et quæ in bibliothecis Hebræorũ nõ ſunt, ni me quorundã improba condemnandi alienos labores procacitas retineret, qui ubiq; Momos agũt atq; ſtrepũt: nos ea quæ neſcimus reijcere, aut quæ noſtro ſenſui refragentur. Quis unq̃ potuit ſycophantarũ effugere manus? Quis uniuerſis potuit ſatisfacere? Maior certe inamberet labor in conciliãdis illis locis, quàm in ijs, quos approbauit conſenſus eccleſiæ. Aſt ego non ero uerboſior, ſed paucis dicam: agent alij, qui uolũt, longioribus. Deus ab initio non condiderat mortem, non enim lætatur in perditione uiuorũ. Sapiẽ. 1. ſed creauit hominem in animam uiuentem Gene. 2. qui uiueret perpetuo: hoc uidit inuidus Sathan, & machinatur dolum

Mors autore ſatha in mundū.

tur dolum, deijcit hominem ab innocentia, in peccatū protrahens, & ſic inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Sapient. 2. Poſtq̄ uero peccatum creuerat, et omnis malicia fuiſſet multiplicata, arripuit deus mortē pro ſupplicio peccati, & iſthac puniuit peccatores, ut agnoſcerent ſe non impune peccaſſe. Sic dixit alibi Eccleſiaſticus: Ignis, grando, fames & mors, oīa hæc ad uindictam creata ſunt. Hoc eſt, deus mortem, famem, grandinem deputauit ad malorum uindictam, quibus ulciſceretur ſe de inimicis ſuis. Quoniam ira, hoc eſt mors, in indignatione eius. Pſal. 29. & Rom. 6

Mors peccati auctoramentum.

Auctoramentum peccati mors. Vtitur illis loco inſtrumenti, quo peraltiat impios, uelut ſæpe peccatum peccato punit. Roma. 1. Iam credo ſatis intelligi, quomodo bona atq; mala, mors & uita à deo ſint, & q̄ deus mortis auctor non extiterit, ſed Sathan. Bona quæ largitur deus, ſunt fauoris atq; beneuolentiæ ipſius argumenta. Rurſus mala indignationis ſuæ indicæ, niſi q̄ aliquando pios adfligit, ut probentur. Idem deinæps fuſius tractabimus.

Beneuolentiæ et indignationis dei argumenta.

XXIII.

Nihil eorū odiſti quæ feciſti. Sapientiæ xi Iacob dilexi, Eſau odio habui. Malachiæ. i.

Dixi me malle ab interpretandis locis, quos habent libri apocryphi, abſtinere: niſi me inexhauſta quorundam

dam malicia uincæret. Dico igitur paucis, non præscribens legem, ut non liceat à me dissentire, qui melius nouit, dicat, doceri non erubeo. Deus hominem rectum cõdiderat, ipse se uero infinitis misauit quæstionibus. Ecclesiast. 7. Omnia opera dei erant ualde bona. Gene. 1. Deus ὁpus 1. Timoth. 4. Nihil mali condiderat deus. Vnde etiam suũ nõ odit nihil suorum operum potuit odisse. Non enim uiciorũ est pater. Ait itaq; Sapiens: Diligis omnia quæ sunt, et nihil odisti eorum, quæ fecisti, nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti, Sapien. 11. Sed quando homo euersus propria malicia contempsit creatorem, cœpit deus rursus creturam euersam, quam sic minime condiderat, odisse. Non autem odit deus hominem quem fecit, sed peccatum, quod non fecit, hoc odit. Non est deus diligens iniquitatem, naturarum nõ uiciorum est conditor, mala quæ odit, ipse haud fecit. Opera domini uniuersa ualde bona, Ecclesiasti 39. Iacob dilexit nondum natum, præsciens ipsius integritatem. Esau odio habuit, Esau odio quia uidit ipsum malum futurum. Non odit deus Esau habuit deꝰ hominem, sed odit Esau peccatorẽ, sic fermè sentit Augustinus. Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Aliàs nunquam odisset, si non sectati fuissent impietatem, ipso contempto & neglecto. 1. Reg. 2. Qui cõtemnunt me, erunt ignobiles.

XXIIII.

Heli corripiens filios suos ait: Qua re feciſti

re feciſtis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas ab omni populo? Nolite filij mei &c. i. Regum. ij.

Nouerat indigne agere filios, & nõ corripuit eos. i. Reg. iij.

Nemo carnalibus oculis poterit hic cernere dictorum concordiam. Arguit Heli ſacerdos domini filios ſuos ſuper peccato, quod admiſerant, & poſtea dicit dominus nõ correptos ne ſemel quidẽ. Spũalis omnia dijudicat. Lenior atq; mitior erat correptio Heli, & nõ tam grauis atq; ſeria, q̃ graue fuit filiorũ peccatũ, cõnuerat in uerim pater, & non ſatis dure caſtigauerat grande delictũ, pro ut debebat, ſed remißius atq; liœntius. Hoc liœt eliœre ex eo, qd̃ poſtea os domini uerax, et q; menti ri non poteſt, dicat non caſtigatos. Ridiculam, leuem & hypocriticam fuiſſe reprehẽſionem, ſatis perſpicuũ eſt, qui tam acriter prouocat contra ſe dominũ, ut abijciat ipſum & uniuerſam domũ eius. Diſce igitur ex uerbo domini correptionem Heli non fuiſſe piam, ueram, ſeriam, grauem, & ſynceram, ſed ſimulatam, liœntem, remiſſam, & quæ non fiebat candide, & ex animo.

Heli corripit filios remius.

XXV.

Creſcite & multiplicamini. Geñ. ij. Beatæ ſteriles, quæ non genuerunt

Lucæ

Lucæ. iij.

Dominus initio creaturarum, condito mundo, hanc legem naturæ indidit, & uniuersis animantibus, ut crescerent, augerentur, & replerent terram, perdurauit hoc uerbum usq; ad hæc tempora, duraturum etiam ad seculi consummationem, tum demũ desinet natura & lex naturalis, fietq; nouus rerum status: cessabit generatio, & elementorum transmutatio, interim non. Tum neq; ducent uxores, neq; nuptum dabunt. Matth. 22. Ideoq; & generatio & creaturarum auctio cessabit. Tum omnes immutabimur, in puncto temporis, in momento oculi, per extremam tubam. 1. Corin. 15. Nec diuersa est illi altera sententia, si saltem pressius aliquanto inspexeris, quæ apud Euangelistam præcedant. Flentibus mulieribus, quæ sequebantur Christum crucifigendum, conuersus ad illas prædixit Hierosolymæ deuastationem, & mala superuenturũ, dicens: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super uobis ipsis flete, & super filijs uestris, quoniam ecce uenient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles & uentres, qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus, operite nos &c. Luc. 23. Calamitas & imminens periculum, urgebit istas funestas uoces & eiulatus. Videbunt enim liberos rapi ab uberibus matrum & iugulatos, ab famelicis deuorari: optabunt se infœcundas, & nunquam genuisse pueros, ne istum miserabilẽ dolorem

Lex naturæ indita.

Auctio creaturarum desinet.

Beatæ steriles &c.

lorem

lorem cogerentur uidere ex liberorum casu. Tunc dicent: Beatæ steriles, terq; quaterq; feliçes, quia carent ista calamitate, non uident tam miserabile funus filiorũ. Super hac re lege Iosephum de excidio Hierosolymorum. Alium quoq; sensum habet alter ille locus Iesa. 54. Lætare sterilis, quæ non paris, decanta laudem & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habebat uirum, dicit dominus, Id est fides Euangelij multo plures generat, & deo conciliat, quàm Iudaismus seu lex Mosaica, quæ populi Iudæorum, siue synagogæ maritus est, nam lex Iudæis tradita est. Roma. 3. Commissa sunt illis oracula. Lex autem tantum peccatum reuelat, & filios iræ atq; mortis nos esse declarat, non conciliat deo: at fides in Euangelion filios dei facit, & quæ sterilis ac infrugifera censebatur, uniuersos credentes gignit deo. 1. Corinth. 4. Per Euangelion ego uos genui. Iudæi itaq; sensu allegorico diuntur fœcundi ac coniugati, quia ipsorum est adoptio, & gloria, & testamenta, & legis constitutio, & cultus, & promissiones, quorum sunt patres, & ij ex quibus est Christus secundum carnem. Roma. 9. Rursus gentes diœbantur steriles, orbæ aut desertæ, quod legem non accepissent, nec promißiones dei, erant sine Christo, abalienati à republica Israëlis, & extranei à testamento promißionis spem non habentes, deoq; carentes in mundo. Ephe. 2. Et Christus inquit: Alias se habere oues, quæ non sint ex ouili Iudæorum, Ioã. 10.

Lætare sterilis &c.

Lex synagogæ maritus.

Iudæi fœcundi.

Gentes steriles.

Itaq;

Itaq; cum uidisset propheta gentes ſteriles ac incircumciſas, acerſendas olim ad gratiam Euangelij, ait: Lætare ſterilis & orba uiro. Id eſt, populus gentium qui nõ es ſub lege mariti, nec habes promiſſiones dei, gaude inquam, quoniam longe plures erunt tui filij, quàm legalis populi, multo plures per legem fidei in præputio iuſtificabuntur, quàm lege operum in circumciſione. Vide Paulum Galat. 4. interpretem Prophetæ. Vnde Hanna mater Samuelis uidetur idem expreſsiſſe. 1. Regum 2. Donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata eſt. *Gentium uocatio.*

XXVI.

Dona & uocatio dei eiusmodi ſunt ut eorum illum pœnitere non poſſit. Roman. XI.

Pœnitet me quòd cõſtituerim Saul regem. 1. Regum XV.

Deus uerax & ipſiſsima ueritas eſt. Ioan. 14. igitur ſibi per omnia conſtat, & non eſt quaſi homo qui mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur. Num. 23. et agat pœnitentiam. 1. Regum. 15. Non eſt apud ipſum tranſmutatio. Iacobi. 1. Vnde itaq; fit, quòd toties dicatur pœnitentia motus? Velut illud Gen. 6. Pœnitet me feciſſe hominem. Pſalm. 105. Pœnitet eum ſecundũ multitudinem miſericordiæ ſuæ. Hierem. 26. Pœnitebit do- *Deus immutabilis*

minum mali. Hier. 18. Agam & ego pœnitentiam. & hic, Pœnitet me, quòd Saulem constituerim regem. Fixum est quod deus statuit. Immutabilis est uoluntas eius. Pollicitus est bona credentibus, qui sperant in eum. Rursus mala contemptoribus. Quando autẽ præstat quod sancte promisit nobis, mutari aut pœnitentia duci uidetur. Nõ possumus inscrutabilia dei iudicia apprehendere, quia cæci sumus. Si nũc benefacit, deinde punit, putamus pœnituisse præstiti beneficij. At ipse dixit: Si audieritis me, bona terræ comedetis. Quòd si nolueritis, & ad iracundiã me prouocaueritis, gladius deuorabit uos, quia os domini loutũ est. Iesa. 1. Quãdo Israël audiebat uocem domini dei sui, benefaciebat illi iuxta promissionem suam, at quando neglecto uerbo domini, cum diis gentium fornicabatur, gladius persequebatur eum, & omnis generis mala, iuxta quod minatus fuerat. In summa. Deus bonis bonus est, malis malus. Psalmo. 17. Cum sancto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruersus eris. Sic per prophetam dixit: Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 1. Re. 2. Dona igitur & uocatio dei eiusmodi sunt, ut eorum deum pœnitere non possit. Quicquid deus ab æterno elegit, uocauit & donauit, sanctum & firmum manet, & perire non potest. Ioann. 10. Non peribunt in æternum, & nemo rapiet eas de manu mea. Promisit hæreditatem

Deus bonis bonus.

Deum non pœnitet dati.

reditatem omnibus posteris Abrahæ, id est omnibus credentibus, quam etiam præstabit, et non mutabit consiliũ, non pœnitebit illum beneficij & promissionum. quia uerax est et immutabilis. nobis quidem uidetur mutari & pœnitentia agi in ijs quæ operatur, tamen secus habet. Saulem impium hypocritam reijcit deus, ut suffiœret Dauida, electum apud deum patrem æterno consilio. Mundus quando affluebat malicia, spreto dei mandato, extinctus est iusto dei iudicio, Noah cum suis seruato. Beneferat orbi terrarũ multis sanè temporibus at quando ille non resipisceret, sed in peiora subinde laberetur uicia, tandem extinctus est. Sic postea cum Iudæis actum est, audientes uerbum domini, seruati sunt incolumes, ambulabantq; confidenter. at cum desciscerent ad idola deflectentes, qui non potuit eos perdere secundum uerbum suum? Exodi. 20. Visitans iniquitatẽ patrum in filios, eorum qui oderunt me, et faciens misericordiam in multa milia diligentibus me, & custodientibus præcepta mea &c. POENITERE autem dicitur deus ἀνθρωποπαθῶς, quando mutat id, quod fecerat. Nõ pœnitet humano more, ut dolore tangatur & displiceat, quod placuerat prius, sed mutat factũ. Vt qui benefecerat diligentibus se, postea ijsdem malefacientibus malefaciat, id est, puniat aut perdat. Abolet quod ante fecerat, sicut cataclysmo aquarum aboleuit hominem malicia uersum, & Saulem à regia dignitate deiecit, quia dereliquerat dominum factorem eius, et

Pœnitere quomodo dicatur deꝰ

Saul ab re icctus.

uerba ipſius opere non impleuit: regno exuit incredulũ hypocritã, mutauit rem præſentem. Non ſic conſtituerat regem, ut perpetuo regnaret, non elegit ipſum à conſtitutione mundi, nõ tribuit dona, quæ perpetim poſſideret, ſed quæ rurſus impio auferret, ad tempus tantum, quandiu adlubebat deo patri, largitus eſt ſua munera, quæ ubi abuſa fuere ab infideli ſeruo, reuocauit eadem. Sic enim dixerat Samuel: Pro eo quòd abieciſti ſermonem meum, abiecit te dominus ne ſis rex in Iſraël. 1. Reg. 15. Quæ uero ante ſæcula ſunt præſtituta, quos elegit ab æterno, & effudit in eos dona ſua, ea inquam dona non reuocat, & illorum pœnitudine minime ducitur. Loquitur itaq; Paulus Roman. 11. de electione dei æterna, non temporaria, cuius non poterit deum pœnitere.

XXVII.

Apud deum non eſt perſonarum acceptio. Roman. 11.

Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu & tremẽtẽ ſermones meos. Ieſa. LXVI.

Deus non eſt perſonarũ acceptor

Frequens eſt ſententia in ſcripturis, quòd deus perſonam minime reſpiciat. Deut. 10. Deus magnus et potẽs, qui perſonam non accipit. Et 2. Paral. 19. Non eſt apud dominum deum noſtrum iniquitas, nec perſonarũ

narum acceptio. Ieſa. 42. Neq; accipiet perſonã. Gal. 2. Perſonam hominis deus non accipit. Idẽ legis Ephe. 6. Col. 3. 1. Pet. 1. Deus neminem reijcit qui crediderit in eum, ſit quicunq; uel Iudæus uel gentilis, diues ſiue pauper. Id quod diuus Petrus interpretatur Acto. 10. dum inquit: Re ipſa comperio, quòd nõ ſit perſonarũ reſpectus apud deũ, ſed in quauis gente, q timet ipſum et operatur iuſticiã, is acceptus eſt illi. Similiter Paulus Rom. 10. Corde creditur ad iuſticiã, ore aũt confeßio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura: Omnis qui fidit illi, nõ pudefiet. Non enĩ eſt diſtinctio uel Iudæi uel Græci. Nã idem dominus omnium, diues in omnes inuocantes ſe. Quiſquis enim inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Vides ad quem reſpicit deus, & quis acceptus ſit illi? nempe q confidit in eum, qui nomen ipſius inuocauerit, & totus ab eo pendet, nec ſpem ſuam in aliud collocarit, hunc amat & recipit deus, ſpiritumq; ſuum largitur. Humilibus enim dat gratiã, ſuperbis uero reſiſtit 1. Pet. 5. Perſonam & laruam externam minime reſpicit, nec ſecundum uiſionem oculorum iudicat. Ieſa. 11. ſed fidem intuetur. Hier. 5. Nihil refert quis ſis, modo diligas & mandata ipſius ſerues. Fides te illi conciliat, non perſona, ætas, natiuitas. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Senſus itaq; eſt: Deus perſonam non accipit. Id eſt, non conſiderat faciem hominis, aut externum opus, ſeu ſtatũ et cõditionẽ qualitatem uitæ, operis, aut conuerſationis (hoc enim

Deus quos recipiat.

Persona quid significat.

persona significat in scripturis) sed cor conspicit, & renes scrutatur, recte & iuste iudicans. Ioan. 14. Qui habet præcepta mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & apariam ei me ipsum. Ita etiam apud Iesa. Respiciam ad pauperculum, & contritum spiritu & trementem sermones meos, qui scilicet me diligit, & ad me solum respicit, non habens spem quàm in me unico. Et Christus Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti paruulis. In summa. Deus cor intuetur, simplicẽ animũ & candidum pectus, non personam, id est, externam speciem, opus, hypocrisim.

XXVIII.

Sanctus ego sum dicit dñs, & nõ irascar in perpetuum. Hier. III. Et ibunt ĩ in ignem æternum. Matthei XXV.

Isai. 57. Non in sempiternum litigabo, neq; usq; ad finem irascar. Psalm. 102. Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors. Non in perpetuum irascitur, neq; in æternum cõminabitur. Non secundum iniquitates nostras fecit nobis, neq; secundum

Deus nõ irascitur in perpetuũ.

peccata nostra retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit dominus misericordiam suam super timentes se. Vides quibus irascatur

dominus

dominus, quibus nō? Timentibus ac reſipiſcentibus miſeretur, ſicut Maria canit. Miſericordia eius à progenie in progeniem, timentibus eum. Luc. 1. Incredulos magis obdurat. Qui agnoſcunt patrem, eſuriunt & ſitiūt iuſticiam, eorum non poteſt non miſereri, at qui ſaturi erubeſcere neſcierunt, excæcat magis, ut uidentes non uideant. Ieſa. 6. Hæc ſunt dei iudicia, quæ ſcrutari à nobis piaculum eſt. Audi prophetam, quomodo deus non iraſcatur perpetuo. Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiā ab oībus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit oīa præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſticiam, uita uiuet & non morietur. Omniū iniquitatū eius, quas operatus eſt, non recordabor. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Audis reſipiſcentia, hoc eſt, fide placari irā dei. Et Hiere. 18. Si pœnitentiā egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eā, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui ut facerem ei, et ſubito loquar de gente et de regno, ut ædificem et plantem illud etc. Sic Chriſtus quoq; ait: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnituerit dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, et ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, remittes illi. Lu. 17. Iam palam eſt habere illos benignum patrem, qui agnoſcunt peccata ſua & ueniam deprecātur: at qui ſordidi ſunt, & contemptores diuinæ bonitatis, ſordeſcāt adhuc. Apoc. 22. donec cōſumātur de terra. Qui habeant benignū patrē; q iratum.

Qui neſciunt miſericordiam petere, quare miſericordiam conſequerentur? Qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. Licet uideatur iraſci ad tempus ob peccata populi ſui, non tamen obliuiſcitur miſericordiæ ſuæ. Abac. 3. Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Quoties quæſo Iudæis infenſus, rurſus placatur, remittens offenſam? ne uideretur perpetuo iraſci, & non potius ſit placabilis & multæ miſerationis, modo ad ipſum reuertamur. Vt pater corripit filios, ſed nõ abijcit, imò uirgam, qua caſtigauerat filios ſuos, in ignem proijcit. Iudicabit dominus populum ſuum, & ſeruis ſuis miſerebitur. Deut. 32. Pijs & credentibus erit placabilis: at præfracte impijs iudex ſeuerus, ij nunquam patrem agnoſcere uoluerunt, ſed ſemper ſpreuerunt, euntes poſt cogitationes ſuas. Illis dicit: Non noui uos Diſcedite à me qui operamini iniquitatem. Matth. 7. & demum ibunt hœdi, id eſt malignantes, in ſupplicium æternum, paratum ipſis ab exordio mundi. Iuſti & oues in uitam æternam. Sic enim deo patri ab æterno placuit dare illis regnum. Luc. 12. Impij ne ſemel uoluerunt audire uocem dei, tam ſuauiter ad regnum et nuptias æterni regis inuitantem, ſed ſpreuerunt, nuncijs profligatis & peraßis. Non eſt igitur ira dei quòd condemnat pertinaciter impios, ſed iuſtum iudicium, imò non tam iudicium, ſed iuſticia ſic ab æterno præſtituta. Qui credit in filiũ, ait Ioannes Baptiſta, habet uitam æternam: qui autem incredulus eſt filio, non uidebit ui-

Iuſticia dei eſt q̃ cõdemnat impios.

bit uitam, ſed ira dei manet ſuper eum. Ioan. 3.

XXIX.

Non deus diligens iniquitatem tu es. Pſalmo. v.

Quem uult indurat. Rom. IX.

Deus iniquitatem odit & lege uetuit, nec facit eam, quoniam ſanctus eſt et ipſa ſanctitas, iuſtus et ipſa iuſticia. Nec eſt apud dominum deum noſtrũ iniquitas Deus nõ diligit iniquitatem. *2. Para. 19. Et quamuis operetur omnia in omnibus bona ſimul etiã mala, tamen nõ diligit iniquitatem, ſed odit. Pharaonem Aegyptium ipſe indurauit, to ſtenderet in eo potentiam ſuam, æderet miracula, et ſuorum* Pharao cur induratus. *fidem confirmaret: ſed quia indurauit, non propterea dilexit eum aut peccatum ipſius, alioqui non aggrauaſſet cor eius, nec ſubmerſiſſet aquis. Iudicium dei eſt* ℣ Iudicũ dei quod indurat. *aliquorum miſeretur, aliquos excæcat, quod adoraue-rimus potius, quàm ſcrutati fuerimus. Iuſtum enim & rectum iudicium eius. Pſalm. 118. Deus fidelis eſt et abſq; ulla iniquitate, iuſtus et rectus, Deut. 32. Ideo nõ eſt iniuſticia apud deum. Licet ipſi dare cui libuerit, nemini quicquam debet. Licet illi facere quod uult, quia bonus et iuſtus, oculus uero noſter malus. Matth. 20. Et quamuis induret, excæcet, perdat, mortificet, deducat ad inferos, tamen non diligit, minime gratam et acceptã habet impietatem: non eſt illi ulla uoluntas, beneplacitum aut affectus in peccato & iniquitate noſtra. Om-*

nia agit, moderatur & facit ſua prouidentia & conſilio, non cogetur nobis operum ſuorum rationem reddere. Faciat quod bonum eſt in oculis ſuis.

XXX.

Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Pſalm. CXLIIII. Cui uult miſeretur. Rom. IX.

Miſericordiæ dei immenſitas.

Maior fœcundiorq; eſt dei miſericordia atq; bonitas, quàm ut hominum linguis expliçari poſsit. Miſericordia domini plena eſt terra. Pſalmo. 32. Circumſpice in omnes angulos terræ, uſq; ad ſydera, nihilq; niſi uberem & meram miſericordiam domini conſpicies, qua ignoſcit, fouet, protegit & regit omnia. Omnes creaturæ bonitatis & miſericordiæ diuinæ ſunt participes, niſi ſoli increduli, qui ut minime agnoſcant miſericordiam dei, ita de hac gratia exultare non poſſunt, ſunt enim in regno mortis & principis tenebrarum ſua ſupientia excæcati. Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in domino, miſericordia circundabit. Pſalmo. 31. Deus effudit bonitatem et miſericordiã ſuam ſuper humiles ſpiritu, ſuper metuentes eum et qui diligũt ipſum, quos ante tẽpora æterna præſciuit. Nam quos præſciuit, eoſdẽ et præfiniuit, quos præfiniuit, eoſdẽ et uocauit, et quos uocauit, eos et iuſtificauit. Rom. 8. ijſdem miſeretur & benefacit. Deut. 5. faciens miſericordiam in multa milia diligentibus me

Impij miſericordiæ dei expertes.

Deus qbus miſ creatur

me, & aſtodientibus præcepta mea. Dauid orat dominum, ne miſereatur impiorum, qui uerbo eius nolunt credere. Pſalmo. 58. Igitur nemo deum debitorem ſuum accuſet, quòd tui aut aliorum non miſereatur, non diteſcat, non iuuet. Miſeretur enim cui uult. Exod. 33. & clemens eſt in quem placuerit. Nihilominus miſericors eſt, etiam ſi tui minime miſereatur. Si uis tui miſereatur, dilige ipſum ex toto corde. Ille enim deo placet, cui deus ipſe placet, inquit Auguſtinus. & Salomon Prouer. 8. Ego diligentes me diligo, et quærentes me. Sis tu quoq; rurſus miſericors, ita enim miſericordiam conſequeris. Matth. 5. Beati miſericordes &c. Hic rurſus iudicium dei imperſcrutabile adora, quòd miſeretur cuius uult. Nemini quicquam debet. Potius time deum, & recede à malo. Prouerb. 3.

XXXI.

Quiſquis biberit ex aqua quã ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Ioannis. IIII.

Qui me bibunt, adhuc ſitient. Eccleſiaſtici. XXIIII.

Aqua duplex.

Scriptura diuinitus inſpirata dupliçem nobis aquam præſcribit, uiuam atq; mortuam, diuinam atq; humanam. Hier. 2. Dereliquerunt me fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non ualent aquas. Viua eſt aqua cœleſtis ſapientiæ Ieſus

Christus dominus noster, quam qui biberit, non sitiet in æternum. Hic unus est fons aquæ uiuæ, qui uiuificat in perpetuũ, nec est uita in quoquam, nisi hauserit ex hoc fonte, unde manant flumina aquæ uiuæ. Ioan. 7. Fides in Iesum Christum producit hunc laticem, qui est spiritussãctus, interprete ipso spiritu in prophetis. Iesa. 44. Effundam aquas super sitientem, et fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum, et benedictionem meam super stirpem tuam, et germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Et Ezech. 36. Effundam super uos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus iniquitatibus uestris Dicit itaq; Christus: Qui ex hac aqua, quam ego propinaturus sum, biberit, non sitiet posthac unquam. Id est qui credit in me, et spiritum meum accipit, non curabit neq; quæret de alio fonte, sat habebit, si me unum gustauerit, suauis est haustus meus. Beatus uir qui sperat in eo. Qui biberit ex aqua mortua, cisternis dissipatis, fonte humano, hoc est iusticia humanitus excogitata, aut terrestri doctrina, quæ non fluit ex uentre spiritussancti, etiam si perpetuo ingurgitauerit aquam humanæ sapientiæ et iusticiæ, satisfactionum atq; traditionum, tamen nunquam satiabitur, redit sitis sedata ad tempus tantillum. Hoc uides in iusticiarijs nostris ad extremum affligentibus corpus suum multis selecticijs operibus, nunquam tamen uere pacantur, semper alia atq; alia excogitant opera, quibus satisfaciant pro peccatis,

Spiritussanctus est aqua uiua.

Doctrina cœlestis satiat sitim.

Humanæ traditiones non pacificant conscientiam.

catis, et deum sibi concilient. Soli fideles ex isto fonte uiuo potantes, pacem habent erga deum per dominum nostrum Iesum Christum. Rom. 5. Vnde Christus Ioan. 7. Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Fons Iacob ab homine effossus, sedat quidē sitim, sed externam tantum, non internam, & id quidem breue tempus redeunte subinde siti. At fons aquæ uiuæ nō tantum exterius, sed etiam interius conscientiam satiat et sitim restinguit. Is est sensus uerbi Christi, Ioann. 4. At quòd Ecclesiast. inquit, sitituros amplius, qui bibūt de fonte isto. sic accipe: Fideles, quandiu in carne uiuāt semper sitire iusticiam, præterea nihil. Sitient adhuc, id est, pergent in cognitione Christi, de fide in fidem, de gloria in gloriam, de uirtute in uirtutem, & magis esurient panem, qui de cœlo descendit, & sitient aquā cœlestis sapientiæ. Vt sic iustus iustificetur magis, et sanctus sanctificetur adhuc, Apocal. 22. Omni enim habenti dabitur. Et omnis palmes qui fert fructum purgabitur, ut fructum copiosiorem afferat. Ioan. 15. Sancti semper sitiunt iusticiam dei, nunquam non cupiunt esse cū Christo, non quærunt alium seruatorem, quàm unū Iesum Christum. Illuminati enim gustauerunt donum cœleste, & participes facti spiritus sancti, gustauerunt bonum dei uerbum ac uirtutes futuri seculi, unde fit ut isthac aqua contenti aliunde nolint saturari, hanc aquam sitiant perpetuo, præterea nullam. Inuitantur enim

Fons Iacob non restinguit internam sitim.

Christiani semper siti unt.

Christus uocat ad se sitientes. Iesaiæ. 55.

enim huc solum, cum audiunt: Si quis sitit, ueniat & bibat. Ioan. 7. non inquit, bibat ex fonte Iacob, sed bibat ex me, hoc est, credat in unigenitum filium dei, & habebit uitam æternam. Semper esuriunt & sitiunt fideles, quia uidemus nũc tantum per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. Chor. 13. Tunc similes ei erimus, & uidebimus eum sicuti est. 1. Ioann. 3. Huc properant & anhelant pauperes spiritu, hæc est fames aut sitis spiritualis, de qua etiam Dauid: Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima ad te deus. Situit anima mea. &c. Psalm. 41.

XXXII.

Deum nemo uidit unquã. Ioan. 1. Vidi dominum facie ad faciem. Genesis. XXII.

Deum nemo uidit unquam. Deus inuisibilis.

Dei est tanta maiestas & claritas, ut eam nulla acro inspicere queat, nulla ratio comprehendere, nullus intellectus emetiri, et ut Paulus ait: Oculus non uidit & auris non audiuit, & in cor hominis nõ ascenderunt Velut noctuæ & uespertiliones Solis radios contemplari minime possunt, ita quoq; nostra cæcitas (qui sumus in densissimis tenebris & umbra mortis) clarissimum lumen diuinæ maiestatis cernere nec potest, præ horrendis oculorum nostrorum nebulis. Solus enim deus habet immortalitatem, lucem habitãs inaccessam, quẽ uidit nemo hominum, neq; uidere potest. 1. Tim. 6. Nã cæci cum simus, qui uideremus lumen uitæ? Et quando

ille lucem habitet inaccessam, quomodo uisu nostro tenebris obuoluto penetraremus ad ipsum? sumus absq; luce & extra cognitionem dei, ideo cernere non possumus tantam claritatem incomprehensam carni. Non comprehendunt tenebræ lumen. Ioan. 1. Cupijt Mose uidere gloriam dei, at responsum accepit: Non poteris uidere faciem meam, non enim uidebit me homo & uiuet. Exodi. 33. In summa: dei naturam & substantiam non uidit ullus homo. At q; aliqui sanctorum se dominum uidisse dicunt, non ipsam deitatem & maiestatem inuisibilem cõspexerunt, sed tantum imaginem aliquam, qua se deus reuelauit, tecta diuinitatis forma, aut gustum aut specimen gloriæ suæ exhibens. Sic Iacob angelum dei uidit, cum quo etiam luctabatur. Geñ. 32. Et de quo postea dixit: Vidi dominum facie ad faciem Id est, deus se mihi reuelauit uerbo suo per angelũ. Sic Abraham, Mose, Iosue, Hiob, Iesaias, Micheas, atq; alij uiros angelicos coram se stantes uiderunt & audierunt, aut certe reuelationem cœlestem, at substantiã dei uel ipsum deum minime cõspexerunt, Christus Iesus uerus deus ut homo cõuersabatur in terris. Deum nemo uidit unquam per suam naturam, carne & sanguine, spiritu autem & fide cernitur (quia ipse spiritus est) si Euangelio credimus. Vnde Paulus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tũc uero cognoscã quẽadmodũ cognitus sum. 1. Cor. 13. Cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniam

Sancti quo modo deũ uiderint.

quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. 1. Ioan. 3. Nunc tã tum fide per uerbum eius conſpicitur. Verbum enim, id eſt, filius dei, ſapientia dei eſt, ipſiſſima facies & imago, qua cernitur deus, alia ratione non uidetur in hoc ſeculo. Coloſ. 1. Qui eſt imago dei inconſpicui, primogenitus uniuerſæ creaturæ, quod per illũ creata ſint omnia, quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra, uiſibilia & inuiſibilia. Hebr. 1. Per quem ſecula condidit, qui cum ſit ſplendor gloriæ, et expreſſa imago ſubſtantiæ illius moderaturq; omnia uerbo potentiæ ſuæ &c. Et Chriſtus ait Ioan. 14. Philippe qui uidet me, uidet et patrem meum, quaſi dicat: Ego ſum facies et imago dei, ſum uerbum dei. itaq;, qui uerbum meum audit et credit, ille deum audit et uidet. igitur in ſolo Chriſto uidetur deus. ſic Ioan. ait: Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Ioan. 1. Habes quomodo patres uiderint olim deum, per uerbum et promiſſiones ſuas quas fide apprehenderunt, ita interpretare ſcripturas ſcripturis, non ſomnijs carnalibus.

Verbũ eſt facies & imago dei.

XXXIII.

Deus neminem tentat. Iacobi. 1. Tẽtauit deus Abrahã. Geñ. XXII.

Multis uerbis declarauimus in annotationibus noſtris in Iacobum. Deum eſſe tentatorem, qui immittat periacula, cruœm, tentationem, afflictionem, et mille malorum genera, ut fidem noſtram exploret et probatos

Deus neminem tentat.

noſ

nos declaret, seu ut peccata nostra puniat. Illic quoq; diximus, Iacobum contra scripturam sentire, quando toties legatur dominum tentasse suos. Legat illic qui uelit, nõ urgemus lectorem, nostra habeat pro oraculo Appollinis, quin liceat à nobis dissentire. Vniuiq; sua mens satisfaciat. Rom. 14. Clarissimus atq; doctissimus frater noster IOANNES BRENTIVS Halæ Suerum solidioris theologiæ buccinator, in suis in Hiobem cõmentarijs exponit, Deum neminem tentare scilicet ut perdat, sed magis ut probet & seruet, nõ mortificet ut pereamus, sed ut uiuificemur. Satanas aũt tentat ut perdat. Vtatur quisq; suo dono & spiritu per dominũ, et qui melius sapit, nõ erubeat inferiorẽ docere.

XXXIIII.

Oculum pro oculo, dentem pro dente. Exodi. XXI.

Si quis te percusserit in dextrã maxillam, præbe ei & alterã. Mat. V.

Lex talionis.

In lege permittebatur lex talionis, nõ tamen propria temeritate agebatur, sed ad Iudices, diuina ordinatione constitutos, deuoluenda erat causa: qui iudicabant caussa cognita, iuxta ueritatem: illis demandatum erat discernendi officium, & iuxta legis præscriptum pronunciare sententiam. Nemini licebat seipsum ulcisci et uindicare de aduersario. Scriptum enim est: Mihi uindictam & ego retribuam. Deuter. 32. Et quicunq; effu-

Iudicũ officium.

Vindicta prohibita.

derit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Gen. 9. Et ne dicas, quemadmodum fecit mihi, ſic faciã ei. Reddam uniuiq; ſecundum opera ſua. Prouer. 24.

Magiſtratui licet uindicare.

Porrò magiſtratibus authoritate diuina conueniebat iudicare & uindicare iniuriam ſubiecti populi, & in cauſa diſcernere, ſepoſitis ſuis affectibus, ut qui alteri dentem excuſſiſſet, pateretur ſententia legis & ipſe dentem euelli: qui oculum eruiſſet, lueret pœnam oculi: quiſq; reus & culpæ conuictus redderet animam pro anima, oculum pro oculo dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, uulnus pro uulnere, liuorẽ pro liuore. Exo. 21. Deut. 19. At Chriſtianis à lege liberis, qui ſpiritualis ſunt populus, oĩs iniuria & ultio prohibita eſt, & præcepta patientia. Non licet ipſis iudicio contendere, & more gentium perpetuo odio uindictæ ſtudio rixari, ſed ferre iniuriã, quod interpretatur Chriſtus Matth. 5. Luc. 6. Vnde Paulus omnino delictum in uobis eſt, quod lites habetis inter uos inuicem. 1. Cor. 6.

Chriſtianis mãdata eſt tolerantia.

XXXV.

Non reſurgent impĩj in iudicio. Pſalmo. 1.

Oẽs quidẽ reſurgemus. 1. Cor. XV.

Non loquitur propheta primo Pſalmo de reſurrectione nouiſſima, quæ fiet in cõſummatiõe ſeculi, ubi Chriſtus Ieſus cum hortatu, & uoce archangeli, ac tuba dei

dei deſcendit de cœlo, & apparebit in gloria maieſtatis ſuæ, iudicaturus uiuos & mortuos. Tum enim oẽs cum pij, tum impij reſurgent ad iudicium, ut reportet unuſquiſq; ea, quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, ſiue bonum ſiue malum. 2. Cor. 5. De qua reſurrectione diſſerit copioſe Paulus 1. Cor. 15. & 1. Theſ. 4. Dauid uero confert hoc loci pium cum impio, commendans uirtutes iuſtorum. ait: Et folium eius nõ defluet, & omnia quæcunq; faciet proſperabuntur, ſuccedent feliciter. Mox uero pulchra antith. eſi, impij mala recenſens, ſubdit: Non ſic impij non ſic, id eſt, non proſperabuntur in omnibus operibus & ſtudijs ſuis, uelut pij, qui in lege domini meditantur die ac nocte, ſed tanquã puluis, quem proijcit uentus à facie terræ. Propterea non perſiſtent impij in iudicio, & peccatores in cœtu iuſtorum, nõ perſeuerabunt in functione iudiciaria, non erunt perpetui in officio, in magiſtratu, in adminiſtratione iudicij, hoc enim ſignificat iudicium hoc loci: ſed excindentur ſicut Saul & Ieroboam cum poſteritate exciſi ſunt. Dauid uero pius in ſemine ſuo regnauit et pdurauit perpetuo. Impij autem diſpergentur uelut paleæ leuiſſimæ, qa in ipietate ſua ſubmerſi, uero iudicio carẽt, quo ppetuo etiã carebũt, dũ ſua ſomnia traditiões hũanas ſequũtur, lege dñi cõtẽpta. Deinde etiã nõ reſurgũt in iudicio, dũ uerbo dñi dijudicari cœperint, minime reſipiſcũt, ſed turbata conſciẽtia fugient à faciæ terræ, nolũt ſua dãnari, et ubi audiũt ſe cõdemnari uer

Reſurrectio nouiſſima.

Impij nõ reſurgũt in iudicio, quomõ intelligendum.

bo domini, furiunt insani, nolunt audire sanam doctrinem, sed blasphemant eam & persequuntur, instar asinum & porcorum, mallent extinctam. Quod uides in pertinacibus Pharisæis, quantum tumultuentur aduersus dominum & aduersus Christum eius, cœunt, consultant, & nihil non tentant, quo gloriæ ipsorum nihil decedat, ut pereat Christus, & permaneat quæstus, potius cœlum terræ misœrent, quàm sinerent sua damnari. Hoc dicit nunc Psalmographus: Impij non resurgunt in iudicio, sed iacent & perdurant in sua cæcitate, nolunt ferre iudicium spiritus, dum interim sancti libenter patiuntur omnes iusticias suas condemnari, soli impij refragantur. Demum, si omnino uelis ad extremum iudicium referre, quod tamẽ minime licebit: quando euidentior sit ẽo Psalmo Prophetã nihil de extremo iudicio dicere, sic interpretare: Non resurgent impij in iudicio & iusticia, uelut pij, sed in iniquitate sua resurgent, nec [illegible]n concilio iustorum, sed condemnatorum cœtu, [illegible] quibus ibunt in ignem æternum.

XXXVI.

Vade ad formicam ò piger, cõsidera uias eius, & disce sapiẽtiã, quæ cũ non habeat ducem, nec præceptorẽ, nec principem, parat in æstate cibũ sibi, & congregat in

messe

messe quod comedat. Pro. VI.

Ne solliciti sitis animæ uestræ, qd manducetis, neq; corpori, quid induamini. Matth. VI.

Minime pugnant & istæ duæ sententiæ, nam Christus laborem non prohibet, ad quem hic Salomon hortatur, sed curam & sollicitudinem uetat. Laborandum enim est iuxta uocem diuinam. Gen. 3. In sudore uultut tui &c. sed cura deo committenda, qui dat incremẽtum & pascit nos, benedicens laboribus nostris. Nam sola benedictio dei diuites facit. Pro. 10. Ipsi cura est de nobis. 1. Pet. 5. Nobis expedit in uerbum ipsius respicere, & uocationem nostram, qua ad laborem creati sumus, haud negligere. Id quod in formica uidemus, quæ cũ nec præfectũ nec ducẽ habeat, tamẽ æstate cibũ parat, id enim oportunissimũ isti animalculo laborãdi tẽpus, & colligit in messe alimentũ, nimirũ intelligens se ad hoc creatam. Ita tibi agendum, quando per occasionẽ licet, sollicitudine deo cõmissa. Damnat enim ubiq; scriptura sternutantes, ociosos, ἐργομισοῦς, et Paulus inordinatos uocat, qui minime laborant. 1. Thes. 3. Nam egestatem adfert manus ociosa, sed manus sedulorum ditat. Pro. 10. Qui exercet agrum suum, satiabitur pane. At qui ocio indulget, egebit. Pro. 28.

Labor præcipitur, cura prohibetur.

Inordinati ociosi.

XXXVII.

Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad uos. Zach. 1.

Nemo uenit ad me, niſi pater meus traxerit eum. Ioann. VI.

Lex ipoßibilia præcipit.

Legis uox eſt cum ait dominus exercituũ: Conuertimini ad me, exigens à nobis maiora quàm poßumus, declarans quid facere debeamus, nempe ad dominum conuerti, ſed unde quimus? Non mox potero centũ aureos depromere, etiam ſi iubeat Papa, nec facile imperabis ſurdo ut audiat, etiã ſi præceptis obtundas. Lex ſublimiora requirit, quàm præſtare poßimus, impoßibilia exigit, ut ferociam noſtram aliquantiſper domet, uelut equus freno cohibetur, peccatum ſaltem oſtendit, non præſtat uires faciendi bonum, nam id ſpiritus eſt officium: nihil itaq; promouent uires humanæ atq; uniuerſum liberũ arb. Nemo conuertitur ad deum, niſi tractus ſpiritu dei. Sic Hieremias: Caſtigaſti me dñe, & eruditus ſum quaſi uituulus indomitus. Conuerte me, et cõuertar, quia tu dominus deus meus. Poſtquã enim conuertiſti me, egi pœnitentiã. & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meũ. Confuſus ſum, & erubui &c. Hiere. 31. Audis prophetã interpretẽ, nõ poße hominẽ conuerti ad deũ, niſi dominus ipſe conuerterit eum. Id eſt, neminem uenire ad patrem, niſi per Chriſtum, rurſus nullum poſſe ad Chriſtum uenire, niſi trahente patre. Ioan. 6. Non enim uolẽtis eſt, ſed miſerẽtis dei. Rom. 9. Lex

9. Lex non confert gratiam faciendi bonum, sed tantum iubet. Euangelion uero adfert spiritum, quo raperis ad bona. Lex peccatū ostendit, & irā operatur. Euangelion peccata remittit, & pacē secū aduehit. Lex urget, Euangelion uires suppeditat. Ita uides Christū exponere prophetā, & nihil dissensionis intersse. Vide D. M Lutherum de seruo arbitrio.

XXXVIII.

Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Psal. x.

Qui odit animam suam in hoc mū=do, in uitam æternam custodiet eam. Ioan. xii.

Supra diximus, deum non esse iniquū, sed iustum, & prohibere iniquitatem, non fouere. Qui itaq; iniquitatem amant, ex deo non sunt, sed ex diabolo. 1. Ioan. 3. Deus iniquitatem non uult, sed odit. Igitur qui iniquitatem diligunt, deū habent odio, & suam ipsius salutem contemnunt. iniquitas enim perpetrata seu amata saltem, nemini plus obest quàm propriæ saluti, nā ad mortē trahit. Auctoramētum enim peccati mors. Rom. 6. Sensus itaq; est, Qui iniquitatem amplectitur, nō capit saluare, sed magis pdere aīam suā. Nisi q, in Hebræo aliter legatur, admonētibus D. Mar. Luthero & Io. Pomer. Bern. Zieglero præceptoribꝰ meis uniæ suspiciēdis de repub. Christianorū bñmeritiß. scilicet: Impium & diligen

diligentem iniquitatem, odio habuit anima dei. hoc est, deus odit impios & iniquos, sicut Psal. 5. dixit: Odisti omnes qui operãtur iniquitatẽ. Porrò et alterum in Euangelio locum, cũ quo pugnare uidetur, quoq; uideamus. Qui odit animã suam in hoc mũdo, in uitã æternam custodiet eam. Quomodo ista conueniunt? An is odit animam suam, qui diligit iniquitatem? quomodo igitur in uitam æternam conseruabit eam? Prior locus satis excussus declarat iniquos, salutem suam spernere, dũ non timent deum et præcepta eius negligunt: dũ pluris

Odisse animam. curant iniquitatẽ, quàm æquitatẽ et iusticiã. Odisse animam in Euangelio, est abnegare semetipsum, diffidere de iusticia propria, renunciare omnibus, quæ nos reuocant à regno cœlorum et soli uerbo dei & diuinæ misericordiæ inniti, ferre cruœm & afflictiones propter Euangelion, sic itur ad astra, sic per mortem transimus ad uitam, dum animam nostram perdimus in hoc seculo. Id est, abnegauerimus & mortificauerimus totũ uetere Adam, nihil iusticiæ ponimus in nos ipsos, sed in solo deo speramus, ualedicimus omnibus diuitijs, amicis, uoluptati, mundo, & quicquid charum est in mundo propter Euangelion, libẽter mortẽ patimur, si uelit deus pater. Istud est aĩam odisse & pdere, pietatis cauſa.

Amare animam. Qui ad eũ modũ odit et perdit, in uitã æternã cõseruabit eã. Rursus qui amãt aĩam suam in hoc seculo, pdẽt eam, hoc est, qui sua quærunt, gloriam, honorem, diuitias, cordis desiderio acquiescentes, cruœm fugentes,

solam

ſolam auriculam aurantes, ea quæ in mundo ſunt ſectantes, ij perdituri ſunt animam ſuã, damnabuntur, & nõ habebunt ſpem in deo ſalutari. Iniqui odiunt animam non propter iuſticiam, ſed propter iniquitatem. Vt intelligas aliud eſſe odiſſe animam propter regnum cœlorum, & aliud odiſſe naturali ingenio maliciæ, uentris aut iniquitatis ſtudio. Impij diuntur animã odiſſe, quia negligunt animæ ſalutem, non curant deum. Pſalm. 13. Dum pij Euangelij cauſſa faſtidiunt mundum, & de ijs loquitur Euangelion, de alteris Pſalmographus.

XXXIX.

Omnis homo mendax. Pſal. cxv. Non eſt in ore ipſorum inuentum mendacium. Apoca. xiiii.

Paulus primis tribus capitibus Epiſtolæ ad Romanos pluribus uerbis aperit, omnes homines eſſe peccatores, cum gentes, tum Iudæos. Senſus enim & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Gene. 8. Et quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? Prouer. 20. Si dixerimus, peccatum non habemus, noſipſos fallimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, non peccauimus, mendacem facimus eum, & ſermo eius non eſt in nobis 1. Ioan. 1. Quid multis? Non eſt homo iuſtus in terra, Oẽs ſumus peccatores.

qui faciat bonum, & non peccet. Eccles. 7. Omnes declinauerunt, & inutiles facti sunt. Psal. 13. Natura nostra in uniuersum corrupta est, & peccatrix: sumus omnes filij iræ. Ephes. 2. & cõdemnati, nisi filius hominis Iesus Christus eripuerit nos ab hac internitione.

Fides tollit peccata.

Sola fides in Christum abluit peccata, & emũdat nos ab omnibus delictis. Sanctis igitur ob fidem peccata nõ imputantur. Psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Ro. 8. Nulla condemnatio his, qui insiti sunt Christo. Antequã Euangelion regni dei fide arripuimus, eramus filij tenebrarum & immundi. At postquã credidimus Euangelio, sanctificati sumus, abluti & iustificati. Ioan. 15. Iam uos mundi estis, propter sermonem quẽ loquutus sum uobis. Act. 15 Fide purificans corda eorũ. Ita quoq; illi, de quibus Ioannes in Apocal. ca. 14. mundi & sancti sunt ex fide, domino remittente peccata, quia sequuntur agnum quocunq; ierit, & empti sunt ex omnibus primitiæ deo & agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronũ dei. Etiam si aliquando peccauerint, nunc tamen amicti albis stolis. Apoc. 7. Id est, fide purificati, induti sunt indumento iusticiæ, & sunt sine macula ante thronum dei. Dominus sanctificauit eos, & purificauit ab omni macula, ob id dicit: In ore ipsorum non inuentum mendacium.

Sanctificatio nostra unde.

XL.

Christus

Christus uetat irasci. Matth. v.
Dauid ait: Irascimini. Psal. iiii.

Recte prohibet Christus iracundiam, quæ ex malo fonte promanat, id est, erumpit ex uicioso pectore, impura carne, qua pertinaciter fastidimus fratres nostros & in contemptum ipsorũ prorũpimus, ut respuamus omnino. Hoc autem facit, ut ad charitatem et misericordiam prouocet. Qui enim non diligit fratrem, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. 1. Ioan. 3. Vnde Ecclesiastes cap. 7. Ne sis uelox ad irascendũ: quia ira in sinu stulti requiescit. Et Prouer. 19. Magna ira detrimentũ adfert, nisi coërcetur. Pro. 27. Crudelis est iracundia, & ira &c. Igitur omnino non uult dominus talem incandescentiã, sed magis misericordiã, quæ præstat sacrificio. At q, Psalmographus ait: Irasci mini, sed non peccetis, non repugnat priori uerbo Christi: hoc enim uult dicere Propheta: Si cõtingat fragilita te humana prolabi in iram, da operam ne pecces, ne carni cedas, ne frenum laxaueris: sed cohibe, ne in peccatũ, et nimium furorem effluat ira, ne uideare charitatis oblitus. Epheſ. 4. Sol non occidat super iram uestram, ne detis locum calumniatori. Et paulopost. Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicentia tollatur à uobis cum omni malicia. Roma. 12. Ne detis locum iræ. Irascebatur Christus aliquoties iusta causſa in cæcos Phariſeos, impios & pertinaces Iudæos

Iracundia prohibita.

Irascimini, & nolite peccare.

Iudæos, sed tamen non erumpebat in peccatum. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec est dolus repertus in ore eius. Sancti pluries irascebantur, tamen citra peccatum, quando in persecutores, blasphemos, & uiolentos inuchebantur, & dolebant ueritatem calumniari, atq; opprimi. Verũ id charitatis erat, quæ irascitur, sed non peccat. Postremo zelus est, non odium, quando charitas arguit errantes. Prouer. 27. Melior est manifesta correctio, quàm clandestina dilectio. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, argue eum &c. In summa duplex est ira, fidei & carnis. Fidei est spiritualis zelus piorum, de qua Dauid: Irascimini, &c. Carnis, est fastus, contumelia, & contemptus, de qua Christus.

Ira sanctorum.

XLI.

Sine ipso factum est nihil, quod factum est. Ioan. 1.

Non est creata hominibus superbia. Ecclesiast. x.

Probauit diuus Ioannes initio historiæ Euangelicæ uerbi dei æternitatem, & diuinitatem, quod illud uerbũ fuerit in principio ante omnes creaturas, & sit deus ipse. Nec sit ex creaturis factis, sed creator & factor omnium. Vnde ait: Quicquid factum, aut creatum est, authore isto uerbo conditum est, nihil quod factũ est, citra illud ipsum uerbũ creatum est. Omnia per ipsum facta sunt, omnia isthoc uerbo moderantur, portantur & regun

Verbũ dei est æternũ, et deus ipse

& reguntur. Subtrahe uerbum dei, & nihil constabit, omnia corruent in unum cahos. At q; Ecclesiasticus inquit, superbiã non esse hominibus creatam, recte dicit. Deus enim odit peccatum, & lege lata interdixit, quare ergo creasset superbiam hominis? Non est uiciorum conditor. Irrepsit illa, non authore deo, sed diabolo. Cõ diderat deus per uerbum suum uniuersa opera sua ualde bona. Gene. 1. nec suberat quicquam mali. Hominem quoq; fecit rectum, ipse uero se infinitis misait quæstionibus. Eccl's. 7. Superbia non est dei opus, nec enim uerbo domini creata est, sed Sathanæ inuentum, qui primus hac intumuit, & proiectus est in terram. Apoc. 12. De illo proserpsit malum in uniuersum genus humanum. Hanc non condidit deus, non est ex creaturis dei. Quicquid à deo factum est, & omnis creatura dei per uerbum, quod est ueritas, conditum est. At superbia non est sancita uerbo dei, non est creatura, sicut nullum peccatũ creatura est. Nam deus nõ est conditor peccati, sed Sathanas lapsus à ueritate in mendacium, fons est peccatorum. Ioan. 8. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, atq; eius rei pater. Eccl. 10. Initium omnis peccati est superbia. Initium superbiæ hominis est apostatare à deo, quoniam ab eo, qui fecit illũ, recæssit cor eius. Velut igitur deus mortem uerbo suo non fecit. Sapien. 1. ita nec superbiam condidit per uerbum suum, sed ipsa è Sathana

Superbia non est creatura dei.

Sathanas superbiæ autistes.

thana emanauit in orbem terrarum, è quo, tanquam è pelago profluxit, quicquid uſpiam eſt uiciorum. Ipſe enim eſt lerna & illas malorum, rex ſuper uniuerſos filios ſuperbiæ. Hiob. 41.

XLII.

Neſcit homo, utrum amore, aut odio dignus ſit. Eccleſiaſtes. IX.
Depoſita eſt mihi corona iuſticiæ II. Timoth. IIII.

An ſciant Chriſtiani ſe eſſe in fauore dei.

Abuſi ſunt iniquiſſime hoc Eccleſiaſtæ loco male ſeriati ſophiſtæ, q; mœrtus ſit homo Chriſtianus ſuæ ſalutis, an gratus ſit deo, necne: placeat deo, ſiue nõ. Quod tamen nequaquam agit Eccleſiaſtes. Non enim de conſcientiæ iudicio loquitur. Nam quis neſcit ſe odio dignũ, quum deliquerit? Quis ignorat deum offendi peccato & malicia animi? Videtur igitur potius loqui de ratione diſcernendi pios ab impijs, & alijs extrinſecus, id eſt, de iudicio externo & carnali, q.d. Neſcit homo ex ſe, ſuis uiribus, ſapientia, aut libe. arbit. uter ametur à deo, ſiue pius, ſiue impius, eò quòd iuxta eueniant oĩa iuſto atq; impio. Effundat deus dona ſua indiſcriminatim, non habito reſpectu utriuſq;, tribuit opulentiam, robur corporis, legis doctrinam, iuſticiam, ſapientiam, eloquentiam, gloriam, ſanitatem, formam, cum ſanctis, tum impijs. Vnde neſcit ratio humana in facie eorum, neq; dilectionem, neq; odium: aut quem diligat deus,

aut

aut quem odio habeat. Huc tandem cogit nos Solomon eò loci, ne dei iudicia & consilia scrutemur altius, sed timeamus deum, & credamus ei. Rursus ne fidamus sapientiæ & iusticiæ nostræ, sed soli deo, in cuius manu sunt omnia opera nostra. Nam qui aliter loqueretur ut spiritu dei plenus? qui & ipse uerbo dei credidit. Si credidit? certus fuit fauoris diuini. Vnde igitur diceret hominẽ incertũ esse suæ salutis? quando omnes Christiani certo sciant se electos in Christo, antequã iacerentur fundamenta terræ. Ephes. 1. Sciant per uerbum dei se gratos deo patri, quia filiũ suum unigenitũ tradiderit pro ipsis in mortem. Et quid est fides Christiana, ni si illa certitudo? Vera & firma est illa promißio dei: Qui crediderit, saluus erit. Iam quando credis Euangelio, certus es de remißione peccatorũ, certus es de beneuolentia & fauore patris, et certus es de salute eterna. Eaq; cognitio & certitudo summe est necessaria. Nã uoluntatem suam uerbo suo expreßit deus, quo cognito, cognoscis etiam, an odio, aut amore dignus sis, id est, an te amet deus, siue non, faueat nec ne. Per uerbum dei omnia scimus atq; agnoscimus, quæ scire opus est. 1. Corint. 2. Nos mentem Christi tenemus. Ephes. 1. Patefecit arcanũ uoluntatis suæ. Extra uerbũ dei, non est gratiæ cognitio, id est, si uerbum dei non habes, nescis quid uelit, quid placeat deo, & cæcus es, manu uiam tentans, ignoras remißionem peccatorũ, ignoras Iesum Christũ, & regnũ cœlorũ, quæ omnia uerbo aduehuntur ad te.

Fides Christiana est certitudo salutis æternæ.

Certi sunt Christiani salutis suæ.

Verbũ apperit omnia.

Ita q;

Itaq; Christiani, quia uerbum dei habent, & credunt illi, sentiunt beneuolentiam & fauorem dei, agnoscunt se esse sub gratia, & certi sunt suæ salutis: quia promissionem dei habent, in quam respiciunt, certa persuasione conceptâ, q; is, qui promiserat, idem potens sit et præstare. Roma. 4. Vnde Paulus recte dixit: Reposita est mihi iusticiæ corona, quam reddet mihi dominus in illo die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt aduentum ipsius. 2. Timoth. 2. nimirũ respiciens in promißiones dei infallibiles. Sic quoq; alibi loquitur. Noui certusq; sum, quod is, cui credidi, potens sit depositum meum asstodire in illum diem. 2. Timo. 1. Quia fidelis est, seipsum negare non potest. 2. Timot. 2. Hinc crebro admonet per omnes fermè epistolas, ne electionis & uocationis suæ sint immemores. Quid quæso isthac adhortatione uoluit, quàm admonere suæ salutis, ad quam sint uocati? ne quid faciant indignum salute æterna, & Christianis hominibus. Vides impiam esse sententiam eorum, qui strepunt locum Ecclesiastæ id sonare, q; nesciat homo, siue sub gratia sit, siue non, habeat fauentem deũ, nec ne. Certe ex se, propria natura nemo scit, sed ex uerbo & promißionibus dei per fidem uniuersi sciunt, nec est Christianus, qui non certo sciat suam salutem esse ratam, infallibilem, depositum in manu dei. Omnis enim qui audit uocem filij dei, & credit illi, habet uitam æternam. Si fides est integra, firma, constans, certa, non fucata, aut hypocrisis, certa quoq;

ta quoq; est salus. Nam quemadmodum credimus, ita fi et nobis, & sic habemus Rom. 8. Spiritus dei testatur cum spiritu nostro, q; simus filij dei. 1. Ioan. 3. Sumus filij dei &c. Gala. 4. Emisit deus spiritum suum &c.

XLIII.

Consolamini, consolamini populeus. Iesaiæ. XL.

Væ qui habetis consolationem uestram. Lucæ. VI.

Gemina est consolatio. Altera spiritus, altera carnis. Consolatio spiritualis. Prior sancta, posterior impia. Spiritus est consolatio, quando fides promissionibus dei confirmatur, & ad deum remittuntur peccatores, & adflictæ conscientiæ, quas Consolatio carnalis. liter Paulus. 2. Corin. 1. consolatur. Carnis est, quando gaudio huius mundi & bonis caducis & pollicitationibus excitantur filij huius seculi, quum neglecto deo, animũ diuitijs & uoluptatibus applicuerint. Propheta cũ gaudere iubet ac consolari, non signi fiat carnale gaudium, sed spiritus: quia deus nostri misertus, factus sit propicius, quemadmodum etiam apostoli iubent gaudere in domino. Ait autem propheta: Consolamini, consolamini populeus, dicit deus noster. Loquimini ad cor Hierusalem, & prædicate illi, quoniam finita est militia eius, eò quòd iniquitas eius condonata sit, accepit enim de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Iubet lætari propter remissionem peccatorum, per

Christum reuelandam, q̃ militia legis, quæ urgebat intolerabiliter, finita sit, & translati sumus in militiã spiritus, ut iam non sumus sub lege, sed sub gratia. Rom. 6

Duplicia acceperimus. & acceperimus duplicia de manu domini, remissionem peccatorum, & liberationem à seruitute legis. Hæc est spiritualis consolatio, grata deo et scripturæ familiaris. Nã præceptũ est nobis, ut adflictos et pauperes spiritu consolemur uerbo domini, promissionibus æternæ uitæ. Rursus uetitum, ne spem ponamus in creaturis, & bona huius mundi. Psalm. 61. Diuitiæ si affluant uobis, nolite cor apponere. Velut ille fœrat, qui dixit: Anima habes multa bona, reposita in annos multos: requiesce, comede, bibe, gaude, Luc. 12. Nam qui ad istum modum consolantur & gaudent, recipiunt bona in uita sua, post hac gehennam. Vnde Christus dixit: Væ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram, id est, qui aliunde consolamini, quàm in deo uiuente, qui spem ponitis in rebus fluxis, & cor diuitijs uestris apponitis, qui rebus uestris, potentiæ, opibus, uiribus, & filijs hominum confiditis, & saturi estis, spreta pauperum egestate. Væ, inquam, uobis, quia difficile est eos, qui fiduciam habent in peccunijs, regnum dei ingredi. Facilius est camelum per foramen acus ingredi, quàm diuitem in regnum dei introire. Mar. 10. Faciendum igitur nobis iuxta Prophetæ consilium. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & nõ glorietur diues in diuitijs suis, & nõ glorietur fortis in fortitudine sua, sed in hoc glorietur, qui gloria

qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiã, & iudicium, & iusticiam in terra. Hiere. 9. In summa: In domino consoletur, qui consolari uult: nã uæ imprecatur oĩbus, qui habent consolationẽ suã in diuitijs, potentia, armis, exercitu copioso, curribus & equis, & non in deo cœli & terræ.

XLIIII.

Quid tentatis deum, ut imponatur iugum super ceruices discipulorum, q̃d neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus. Act. xv.

Mandatũ q̃d præcipio tibi hodie, nõ supra te est, neq; procul positũ, nec in cœlo sitũ, ut possis dicere: Quis ualet ad cœlũ ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, & faciamus. Deute. xxx.

Cum esset controuersia inter discipulos Christi, de lege Mosaica, q, multi necessariam ad salutem contenderent, restitit illis Petrus, & dixit: Quid deum tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi, credimus nos saluos futuros, quemadmodum & illi. Quibus uerbis bre-

Itaq; Christiani, quia uerbum dei habent, & credunt illi, sentiunt beneuolentiam & fauorem dei, agnoscunt se esse sub gratia, & certi sunt suæ salutis: quia promissionem dei habent, in quam respiciunt, certa persuasione concepta, q; is, qui promiserat, idem potens sit et præstare. Roma. 4. Vnde Paulus recte dixit: Reposita est mihi iusticiæ corona, quam reddet mihi dominus in illo die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt aduentum ipsius. 2. Timoth. 2. nimirũ respiciens in promißiones dei infallibiles. Sic quoq; alibi loquitur. Noui certusq; sum, quod is, cui credidi, potens sit depositum meum custodire in illum diem. 2. Timo. 1. Quia fidelis est, seipsum negare non potest. 2. Timot. 2. Hinc crebro admonet per omnes ferme epistolas, ne electionis & uocationis suæ sint immemores. Quid quæso isthac adhortatione uoluit, quàm admonere suæ salutis, ad quam sint uocati? ne quid faciant indignum salute æterna, & Christianis hominibus. Vides impiam esse sententiam eorum, qui strepunt locum Ecclesiastæ id sonare, q; nesciat homo, siue sub gratia sit, siue non, habeat fauentem deũ, nec ne. Certe ex se, propria natura nemo scit, sed ex uerbo & promißionibus dei per fidem uniuersi sciunt, nec est Christianus, qui non certo sciat suam salutem esse ratam, infallibilem, depositum in manu dei. Omnis enim qui audit uocem filij dei, & credit illi, habet uitam æternam. Si fides est integra, firma, constans, certa, non fucata, aut hypocrisis, certa quoq;

ta quoq; est salus. Nam quemadmodum credimus, ita fi et nobis, & sic habemus Rom. 8. Spiritus dei testatur cum spiritu nostro, q; simus filij dei. 1. Ioan. 3. Sumus filij dei &c. Gala. 4. Emisit deus spiritum suum &c.

XLIII.

Consolamini, consolamini populeus. Iesaiæ. XL.

Væ qui habetis consolationem uestram. Lucæ. VI.

Gemina est consolatio. Altera spiritus, altera carnis. Prior sancta, posterior impia. Spiritus est consolatio, quando fides promissionibus dei confirmatur, & ad deum remittuntur peccatores, & adflictæ conscientiæ, qualiter Paulus. 2. Corin. 1. consolatur. Carnis est, quando gaudio huius mundi & bonis caducis & pollicitationibus excitantur filij huius seculi, quum neglecto deo, animũ diuitijs & uoluptatibus applicuerint. Propheta cũ gaudere iubet ac consolari, non significat carnale gaudium, sed spiritus: quia deus nostri misertus, factus sit propicius, quemadmodum etiam apostoli iubent gaudere in domino. Ait autem propheta: Consolamini, consolamini populeus, dicit deus noster. Loquimini ad cor Hierusalem, & prædicate illi, quoniam finita est militia eius, eò quòd iniquitas eius condonata sit, accepit enim de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Iubet lætari propter remissionem peccatorum, per

Consolatio spiritualis.

Consolatio carnalis.

Christum reuelandam, q militia legis, quæ urgebat intolerabiliter, finita sit, & translati sumus in militiã spiritus, ut iam non sumus sub lege, sed sub gratia. Rom. 6 & acceperimus duplicia de manu domini, remissionem peccatorum, & liberationem à seruitute legis. Hæc est spiritualis consolatio, grata deo et scripturæ familiaris. Nã præceptũ est nobis, ut afflictos et pauperes spiritu consolemur uerbo domini, promissionibus æternæ uitæ. Rursus uetitum, ne spem ponamus in creaturis, & bona huius mundi. Psalm. 61. Diuitiæ si affluant uobis, nolite cor apponere. Velut ille fœrat, qui dixit: Anima habes multa bona, reposita in annos multos: requiesce, comede, bibe, gaude, Luc. 12. Nam qui ad istum modum consolantur & gaudent, recipiunt bona in uita sua, post hac gehennam. Vnde Christus dixit: Væ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram, id est, qui aliunde consolamini, quàm in deo uiuente, qui spem ponitis in rebus fluxis, & cor diuitijs uestris apponitis, qui rebus uestris, potentiæ, opibus, uiribus, & filijs hominum confiditis, & saturi estis, spreta pauperum egestate. Væ, inquam, uobis, quia difficile est eos, qui fiduciam habent in peccunijs, regnum dei ingredi. Facilius est camelum per foramen acus ingredi, quàm diuitem in regnum dei introire. Mar. 10. Faciendum igitur nobis iuxta Prophetæ consilium. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & nõ glorietur diues in diuitijs suis, & nõ glorietur fortis in fortitudine sua, sed in hoc glorietur, qui gloria

Duplicia accepimus.

qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiã, & iudicium, & iusticiam in terra. Hiere. 9. In summa: In domino consoletur, qui consolari uult: nã uæ imprecatur oibus, qui habent consolationẽ suã in diuitijs, potentia, armis, exercitu copioso, curribus & equis, & non in deo cœli & terræ.

XLIIII.

Quid tentatis deum, ut imponatur iugum super ceruices discipulorum, q̃d neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus. Act. xv.

Mandatũ q̃d præcipio tibi hodie, nõ supra te est, neq; ꝓcul positũ, nec in cœlo sitũ, ut possis dicere: Quis ualet ad cœlũ ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, & faciamus? Deute. xxx.

Cum esset controuersia inter discipulos Christi, de lege Mosaica, q; multi necessariam ad salutem contenderent, restitit illis Petrus, & dixit: Quid deum tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi, credimus nos saluos futuros, quemadmodum & illi. Quibus uerbis bre-

uiter legis difficultatem expreſsit, quæ ob id abrogata eſt, quòd nemo potuit eam facere, quemadmodum legis Hebræ. 7. ex 31. Hiere. Solus Chriſtus finis eſt legis, et legis perfector, nobis ſpiritu dei uacuis eſt impoſsibilis factu, non poſſumus eam implere, etiam ſi millies tenta uerimus. Imbecillior eſt natura noſtra, quàm ut tolerare poſsit. Roma. 8. Ob id deus miſit filium ſuum, qui, quod nos minime potueramus, præſtitit, legem impleuit & de peccato condemnauit peccatũ, ut iuſtificatio legis in nobis impleretur, qui non ſecundũ carnem uerſamur, ſed ſecundum ſpiritum. Summa itaq; orationis Petri eſt: Lex difficillima, & quæ non poteſt uiribus noſtris perfici, abroganda eſt, nõ urgenda: credimus enim nos æque fide iuſtificandos atq; gentiles. Porrò Moſe nec Deut. 30. nec uſquam locorum in toto Pentatheuco, ne tantillum de legis facilitate, q̃ poſsit haud difficulter à natura humana & libe. arb. fieri, loquitur: ſed aliud agit hoc loci, nempe mandatum dei in promptu eſſe, non in remotiſsimis finibus, ne quis excuſare ſe poſsit, q̃ non audierit. Eæ, inquit præceptum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neq; longe à te, ſed prope te ualde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud. Nihil opus erit montes tranſcendere, maria pernauigare, penetrare extrema terræ, ut audias præceptum domini, ne curras aliò, præſens eſt præceptum. En ego hodie uobis cunctis audientibus prælego, iamiam ueſtris auribus auditis, & corde percipitis. Hoc dicit Moſe, de præſentia

Legis difficultas.

Lex non iuſtificat, ſed fides.

præsentia scilicet præcepti, & non de facilitate, uelut liberi arbitrij assertores insipienter reclamant. Nulla igitur est discordia sententiarum. Petrus legem importabilem uocat, Mose ignem maximum. Deuteronom. 18. Igitur conueniunt ambo, si modo spiritualibus oculis inspexeris utrosq;.

XLV.

Iusto non est lex posita. 1. Timo. 1. Vir qui in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, ut faciat ueritatem, hic iustus est. Ezech. XVIII.

Vt magistratus non est, nisi ob malos cohibendos, et reipub. pestes medendas, ita lex non est iusto posita, sed iniustis & inobsequentibus, impijs & peccatoribus, irreuerentibus & prophanis, patricidis & matricidis, homicidis & scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagarijs, mendacibus, periuris, & si quid aliud est, quod sanæ doctrinæ aduersetur, secundum Euangelion gloriæ beati dei. 1. Timot. 1. Non sunt contra Christianos, pios & credentes, lex & magistratus: sed contra præfractos, noxentes & impios. Rom. 13. Principes nõ terrori sunt beneagentibus, sed male. Et. 1. Pet. 2. Præsides mittuntur ad uindictam noxiorum, laudem uero rectè agentiũ. Si uniuersus mundus audiret uocem dei,

Magistratus aut constitutus.

Lex iusto non est posita.

crederet Christo, recte ageret, & non seruiret peccato, nihil opus haberemus magistratibus. Sed quia minor pars credit, seruitq; iusticiæ, ac potior pars decipit, rapit, & peccat, propter noxentes & malos habendi sunt magistratus, & sancitum est ius gladij, ordinatione diuina, non propter Christianos, qui sua sponte non peccant, & faciunt quæ recta sunt, acti spiritu dei. Sed ne publica pax interturbetur, ne facinora sint impunita, ne aliuis liceat pro sua libidine grassari, & fraudem facere proximo, ut boni quietem habeant, & mali sub terrore atq; metu degant, aut pœnis coherceantur. Prouer. 26. Flagellum equo, frenum asino, uirga tergo stultorum. Roma. 13. Potestas dei minister est, ultor ad iram ei, qui, quod malum est, fecerit. Lex itaq; tantum contra impios lata est, non contra iustos, ut agnoscant peccatũ, & maledictionem suam: deinde ex culpa iudicium ac condemnationem sui intelligant, ut conuertantur ad dominum deum suum, & salui fiant. Lex enim pædagogus est ad Christum. Galat. 3. non iustificat ipsa, sed ad ueram iusticiam remittit. Functa est officio suo, si peccatum manifestauerit. Quod autem Ezechiel ait: Iustum esse, qui in præceptis dei ambulet, non est Paulinæ sententiæ contrarium, declarat enim: quis uere iustus sit, & quæ uirtutes & studia ipsius, unde possit cognosci, quando ex fructibus agnoscatur arbor. Vir, inquit, si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iusticiam, in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad

Magistratus interest publicã pacem tueri.

Lex non facit iustum.

Iustus quis sit.

rit ad idola domus Israël, & uxorem proximi sui non uiolauerit, & ad mulierem menstruatam nõ accesserit, & hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per uim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit uestimento, ad usuram commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum suam, & iudicium uerum fecerit inter uirum & uirum, & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, ut faciat ueritatem: hic iustus est, uita uiuet, ait dominus deus. Ezech. 18. Iusto nõ opus est lege, quia spiritum dei habet, quo rapitur ad optima, habet legem dei scriptam in corde suo, facit sua sponte, quæ præcepit dominus, citra legis imperium. Bona arbor est, ideo non potest non bonos fructus edere. Non lata est illi lex. Currenti enim equo, non opus est calcaria addere. Ambulat in lege domini die ac nocte. Psalm. 1. nõ urgente lege, sed quia iustus & bonus est prius. Ideoq; sectatur iusticiam & æquitatem natura sua. Lex non habet dominium in iustum, quia tantũ iniustis posita est. Ipse p se facit recta, etiã si lex haud fuisset. Spiritu regitur, qui non finit ipsum in legem delinquere. Gala. 5. Quod si spiritu ducimini, nõ estis sub lege. Nemo itaq; uere legem facit, nisi iustus, id est credens, ociosa nõ est fides, sed mire fœcunda. Spiritu implet legem, non hypocrisi. Ita iustus facit, hoc est, complet legem, at lex non facit iustum. Lex iusto non est posita, & tamen iustus obseruat legem.

Iustus citra legẽ bonus est.

XLVI.

Lex obiter ſubijt, ut abundaret delictum. Roma. v.

Deus nemini mandauit impie agere, & nemini dedit ſpacium peccandi. Eccleſi. xv.

Lex aut ſit data.

Lex lata eſt ad reuelandum peccatum, ut inquit Apoſtolus. Rom. 3. Per legem cognitio peccati. Ante legẽ inuulgatam non cognoſcebatur peccatum, nec erat conſcientia peccati, non uiolabatur lex. Rom. 4. Vbi nõ eſt lex, ibi nec tranſgreßio, id eſt, non uidetur peccatũ, aut tranſgreßio, abſente lege. et Ro. 5. Peccatũ non imputatur, cũ non eſt lex, hoc eſt, prohibitione delicti, aut lege ſublata, peccatũ non imputatur, non habetur pro peccato. Rurſus Roma. 7. Peccatum non cognoui, niſi per legem. Nam & concupiſcentia non nouiſſem, niſi lex dixiſſet: Non concupiſces. Sed occaſione accepta, peccatum per præceptum genuit in me omnem concupiſcentiam. Si quidem abſq; lege, peccatum erat mortuũ. Ego autem uiuebam ſine lege quondam. Porrò ueniente mandato peccatum reuixit &c. Lege manifeſta abundat delictũ, non q, lex peccandi licentiam miniſtret, ſed quæ natura eſt hominum, ut Poëta Sulmonenſis dixit: Nitimur in uetitũ ſemp, cupimusq; neguta. Lex non cõfert gratiã et ſpiritũ, nec tollit naturã noſtrã, ſed magis auget affectũ internum

Lex morbũ detegit.

Lex auget peccatum.

internum & peccandi desiderium. Sicut etiam alibi dicit Paulus: Lex propter trãsgressiões, scilicet augẽdas, posita est. Gal. 3. Id est, lex impietatem quidem detegit sed non aufert, delictorum multitudinem ob oculos statuit, ut ad gratiam suspires. Vbi enim exuberauit peccatum, ibi magis exuberauit gratia. Roman. 5. Deus per legem prohibet peccatum, non fauet aut permittit. Quod uero homines natura mali, cognito peccato magis delinquant, non legis uicium est, sed naturæ uitiatæ peccato originali. Deus nemini peccatum præcepit, nullis peccandi licentiam præscripsit, sed magis uetuit & interdixit, tanquam freno iniecto, uolens reuocare à naturali ardsu. Lex repagulum est, quod peccato opponitur. Veluti obices flumini obijciũtur, ne arrat alueo suo quo solet, & nauis gubernaculo regitur sicut equus freno. Ita natura nostra lege cœrceri debet, ne faciat uoluntatem suam, qua prona est ad malum, ne feratur ardsu suo ad quæuis uicia, ne putet se impune peccare, aut deum non offendi delictis. Pro. 26. Flagellũ equo, frenum asino, uirga tergo stultorum. Atq; hoc est legis officium, primum ostendere peccatum, deinde iram operari, id est augere peccatum, non quo ad externum opus, sed quo ad internum animi affectum, manente conscientia peccati, natura haud extincta, sed magis præcepto irritata, quæ non uult legibus cohiberi: semper magis arridet prohibita.

Deus non præcipit peccatum.

Lex peccati obex.

Legis officium.

XLVII.

Omnia quæcunq; uoluit, fecit.
Psalmo. CXIII.
Vos semper spiritui sancto restitistis. Actor. VII.

Deus solus oīpotens.

Solus deus est omnipotens, solus facit quæ uult, & nemo potest ipsius potestati, omnipotentiæ & maiestati resistere. Psal. 134. Quoniam ego cognoui, q; magnus est dominus, & dominus noster præ omnibus dijs. Oīa quæcunq; uoluit dñs fecit in cœlo & in terra, in mari & in oībus abyssis &c. Pharao quidē restitit Mosi seruo dei, sed unde? suis uiribus, sua potētia, quia Rex Aegyptiorū erat? Minime. Nam deus Mosi in Aegyptū reuertenti dixit: Vide ut oīa ostenta, quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone. Ego indurabo cor eius, & nō dimittet populū. Exo. 4. Audis aut restiterit Pharao? nempe quod excitatus fuerat, & cor eius induratū diuino iudicio et cōsilio, sicut postea inq̄t: in hoc excitaui ut ostēdā in te fortitudinē meā, & narretur nomen meū in omni terra. Exo. 9. Impij excæcati atq; excitati resistūt uerbo & cultui, atq; ministris dei, alioq; ne uerbū cōtra mutare possent. Pro. 21. Cor regis in manu dei est sicut flumina aquarū, quorsum uolet, inclinabit. Sua cui q; uia placet, dñs uero corda impellit. Mōtes aūt, hoc est, potētiores cōtra se excitat, ut potētiā & fortitudinē suam in illis declaret. Nam q; potētior erat Pharaone? & tñ in medio mari sternitur solo uerbo. Quis tru

Pharao aut Mosi restiterit.

Potentes prostrati.

culentior

ualentior Nabuchodonoſore, & reliquis Chaldeorum tyrannis? at manus dñi tetigit eos. Quis inhumanior Phariſæis, ſcribis & pontificibus? ſed illi perierunt, et ueritas dñi manet in æternum. Quis Iudæis in horto ferocior? & tñ uno uerbo proſternũtur. Quis crudelior Nerone, Domitiano atq; reliquis fidei Chriſtianæ oppugnatoribus? tñ illi peraßi de xtera dei, inextinctos reliquerunt Chriſti diſcipulos. Quis inſanior noſtris dealbatis parietibus? uincit tñ ueritas & nemo reſiſtere poteſt. Videntur quidem reſiſtere, & uerbi aurſum remorari, ſed nihil proficiunt. Amentia ipſorum in dies fit euidentior, nihil obtinent reſiſtendo, quàm confuſionem, quia uere reſiſtere non poterunt. Obſtrepunt ſed nihil promouent. Inſurgunt gigantes & Phibiſtæi cõtra deum cœli, ſed triumphos agere minime ualent, niſi q̃ encomia canunt ante uictoriam. Confunduntur ante q̃ perfecerint, quod conſilio ſuo decreuerunt. Cum ſepultum putant Chriſtum domini, & tumulum fortius armatis uiris munierunt, rediuiuus ſurgit, militibus cuſtodibus omnibus peraulſis extremo terrore. Quis enim ante faciem indignatiõis eius ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? Naum. 1. Hinc etiam Dauid Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua. Pſal. 75. Quis reſiſtere poteſt uultui meo? Hiob. 41. Nemo impune unq̃ reſtitit deo, ſemper miſerrimum expertus exitum, niſi ſumme pœnituerit. Hiob. 10. Sapiens eſt corde & potens uirtute, quis reſtitit ei & proſperatus

Reſiſtendo non reſiſtitur.

Reſiſtere deo quis poteſt?

ſperatus eſt? Ieſa.47. Vltionem capiam, & non reſiſtet mihi homo. Iam ſatis intelligis, reſiſtentes nõ reſiſtere Nam cum ſe impij potentiores, iuſtiores & ſublimiores deo exiſtimant, ſeruis dei ſe opponunt & reſiſtũt, ſed excitati & permiſsi, hoc eſt, ſua ſapientia & fortitudine excæcati. Nequeunt enim ferre iudicium dei, cũ fuerint ab miniſtris uerbi dei correpti. Tũ furore perciti reſiſtunt ueritati, iuſtiores ſe exiſtimãtes, quam qui à tam leuiuſculis (uelut uocãt pios) hominibus arguãtur. Iſta excæcatio atq; furor dicitur reſiſtẽtia dei. Vnde ait Stephanus rebellibus Iudæis: Vos ſemper reſiſtitis ſpiritui ſancto, id eſt, non uultis credere ueritati, nec recta monẽtes audire, ſemp oppoſuiſtis uos prophetis & uiris ſanctis, nõ uultis ueſtra argui, Euangelio repugnatis, digniores atq; ſãctiores uos iudicãtes, qnàm qui reprehendamini, hoc nimirum ſignificat reſiſtere deo & ſpiritui ſancto, quando ueritati & ſanctis dei contradicitur.

Impij reſiſtunt deo.

Reſiſtentia dei.

XLVIII.

Domus mea domus orationis uocabitur. Ieſa. LVI.

Tu cum oras, introito in conclaue tuum. Matth. VI.

Iudæis præceptus eſt orationis locus.

Iudæis in lege præceptum erat, ne alio loco orarent atq; imolarẽt, præter eo quem elegiſſet dominus. Deut. 12. Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem uideris

uideris, ſed in eo loco, quem elegerit dominus, in una tribuum tuarum offeres hoſtias, & facies quæcunq; præcipio tibi &c. Vbicunq; uero arca fœderis & tabernaculum erant, is erat locus à deo electus. Nam inde ex propiciatorio promiſerat ſe exauditurum eos, & illic permanſurum, Exo. 25. In Silo autem primũ fixũ eſt tabernaculum fœderis. Ioſuæ 18. Eratq; locus adorandi dei, ut ex primo Regum in hiſtoria Hannæ patet. Poſtea per Dauidem reducta eſt arca domini Hieroſolymam, ubi deinceps extructũ eſt templum celeberrimum. 3. Reg. 5. & 2. Par. 3. Hoc templum elegerat deus, nam arca fœderis in eo erat, illic uoluit adorari. Quod templum licet deſtructum fuerit poſtea, tamen reædificabatur. Ad quem ritum reſpiciens Chriſtus, pepulit ementes & uendẽtes è templo, dicens: Scriptum eſt: Domus mea domus orationis uocabitur. At uos feciſtis illã ſpeluncam latronum. Matth. 21. Voluit deus populũ ſuũ uerbo ſuo regere, ad quod primum legibus opus erat, ne ſuis affectibus & bonis, ut uocant, intentionibus ferreretur. Ideoq; etiam locum adorationis conſtituit, ut gentem alioqui æruicoſam, lege coheæret, ne faceret quod ſibi adlibuiſſet. Legibus rexit, qui carnales & indomiti erant. Ideoq; etiam priuatus locus orandi præceptus erat. At Chriſtianis nullus priuatus locus adorandi mandatus eſt. Neq; enim in monte hoc, neq; in Hieruſalem, ſed in ſpiritu & ueritate adorandus eſt deus. Ioann. 4. Nec dicent: Ecce hic aut illic

Chriſtianis nullus locꝰ orõis præceptus eſt.

eſt

eſt Chriſtus. Luc. 17. Regnum enim dei intra uos eſt. In Chriſto uult adorari pater, ideoq; neminem exaudit niſi in Chriſto. Ioan. 3. Nemo aſcendit in cœlum &c. Matth. 17. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacitum eſt. Ioan. 14. Nemo uenit ad patrem, niſi per me. 1. Pet. 2. Ipſi uelut uiui lapides ædificamini domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, ad offerendas ſpirituales hoſtias, acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum. Quod uero Chriſtus iubet oraturos ſecedere in cubiculum, caue putes urgeri locum. Nuſquam enim legis ipſum precaturum introiſſe conclaue. Orauit in monte, orauit in rure, cœnaculo, coram diſcipulis, ubi ubi opportunitas oblata fuiſſet. Intelliget igitur per cubile locum à popularí ſtrepitu ſepoſitum, ne oſtentandi gratia uideare coram alijs precari, ne effundas preces tuas, ut glorificaris ab aſtantibus, ſed recede à gloria uulgi, & in conclaui, id eſt, in ſpiritu & ueritate ora patrem. Precare ubi uolueris, ſiue in templis aut priuatis ædibus, ſub labore, aut in rure, ubicunq; adlibuerit & neceſſitas adegerit, tantū caue ne gloriæ ſtudio effūdas oratione tuā, ne in hypocriſi et mēdacio ſtrepas uerba, ſed in ſpiritu & ueritate. Templum Iudæorum figura fuit eccleſiæ Chriſtianorum & domus ſpiritualis, quæ ſumus omnes credentes. 1. Cor. 3. & 6. 1. Pet. 2. Igitur corde & fide orandum, non habito loci reſpectu. 1. Timot. 2. Volo orare uiros in omni loco, ſuſtollentes puras manus abſq; ira & diſceptatione.

Introire in cubiculū oratum.

Templum Iudæorum figura eccleſiæ.

Ego

XLIX.

Ego dominus & non eſt alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum, Ego dominus faciẽs om̃ia hæc. Ieſaiæ. XLV.

Diabolus cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax eſt, atque eius rei pater. Ioannis. VIII.

Deus operatur oĩa in oĩbus.

Paulus. 1. Cor. 12. inquit: Deus operatur omnia in oĩbus. Et Eph. 1. Operatur omnia iuxta conſilium uoluntatis ſuæ. Quomodo uero bonum operetur, & quomodo malum, paucis aperiemus. Ipſe eſt oĩpotẽs, ſua prouidentia omnia mouet, gubernat, regit & agit. Actо. 17. Per ipſum uiuimus & mouemur & ſumus. Pro. 20. Vt auris audiat, ut oculus uideat, dn̄s facit. 1. Reg. 2. ait Hanna: Dominus mortificat, & uiuificat, deducit ad inferos & reducit. Dn̄s pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat. Suſcitat de puluere egenũ & de ſtercore eleuat pauperẽ. Deu. 32. Videtis q̃ ego ſim, ego & non ſit alius deus præter me. Ego occido, & ego uiuere facio, ego percutio, & ego ſano, & non eſt qui de manu mea poßit eruere. Hiob. 5. Ipſe uulnerat & mede-

& medetur, percutit, & manus eius sanat. Hoseæ. 6. Ipse cæpit & sanabit nos, percutiet & curabit nos. Psal. 113. Omnia quæcũq; uoluit fecit. Amos. 3. Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecerit? Quia non non faciet dominus deus uerbũ, nisi reuelauerit secretũ suũ ad seruos suos Prophetas. Eccl. 11. Bona et mala à deo sunt. Bonus aũt cũ sit natura, nõ facit malũ in se, aut per se, sed semp benefacit. Qui enim male faceret summa iusticia et bonitas? Oĩs creatura dei bona est 1. Tim. 4. Opera domini uniuersa ualde bona. Sic Dauid quoq;: Quàm magnificata sunt opera tua dñe, oĩa in sapientia feciſti, impleta est terra possessiõe tua. Psal. 103. Quando igitur natura bonus sit & bona opera ipsius, quomodo facit tenebras & malum? quæ certe ratio nis iudicio bona non sunt. Vbi Deus Opt. Max. suo spiritu, fauore & gratia adfulserit, lux est & ueritas, ac omne bonum. Deus enim lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. 1. Ioan. 1. Ipse illuminat omnes homines. Nõ ambulat in tenebris, qui hanc lucem sequitur, sed lumẽ uitæ habet. Ioan. 8. Rursus ubi deus lumen suum subduxerit, tenebræ, errores & mendacia prævalebunt. Ipse est pax uera. Ephe. 2. ubi ipse regnarit, illic est tranquillitas, pax conscientiarum, & gaudium animorum. formæt lucem, cum beneuolentiam atq; misericordiam suam exhibuerit, ac pectora nostra radio spiritus illustrauerit. At aon manum retraxerit, tenebræ & nubila succedunt. Cum uerbum Euangelij offendit, pacem suam

Bona quomodo generet deus.

Tenebras quomodo creet.

Pax Christus.

offert: at cum abstulerit propter ingratitudinem nostrã, rursus mala & tristia emergunt. Prouer. 29. Cum defecerit prophetia, dissipabitur populus. Quæ diximus, propheta Dauid explicat dicens: Omnia a te expectãt, ut des escam eorum in tempus oportunum. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Psalm. 103. Cum dominus clementer ad nos respexerit, bona, læta, & prospera fiunt uniuersa. Rursus, cum uultũ suum à nobis absconderit, mala, infelicia & tristia erunt omnia. Ad eum modum operatur deus bonum & malum. Nihil fit fortuito, uelut infideles ogganniũt, sed omnia gerũtur diuino consilio. Operatur bona miserendo, mala tra sendo, aut puniendo. Qualibus etiam instrumentis utitur, talia facit opera. In bonis agit bona, in malis mala. In electis salutem operatur, in impijs iniquitatem. In prophetis & sanctis salutem terræ, in iniquis perturbationem peragit. Prouerb. 11. Cum florent iusti, gaudet ciuitas, & in perditione impiorum lætatur. Benedictione rectorum fortunatur ciuitas, at impiorum consilijs, euertitur. In benedicentibus benedicit, & in maledicentibus maledicit. Velut si faber statuarius uiciosum atq; corruptum lignum à uermiculo, qui trips aut cinips dicitur, eroſum, nactus, cogatur statuam aut scitulam imaginem

Oĩa gerũtur diuino consilio.

gnem ex eo formare, quale lignũ, talis sit statua & imago, non poterit affabrem statuam ex corrupto ligno formare: sicut nec figulus ex fuligino so luto candidam fingit ollam. Instrumenta si mala sint, malus sit labor: quale lutũ, talis olla: quale lignũ, talis statua: qualis est natura nostra, tales sunt opationes. Ex impio nascitur peccator, ex peccatore non nisi peccata fluunt, deo creante, formante, & agente illos ex natura tali. Sathanas cum sit mancipium, & instrumentũ dei, non agit aliud, nisi quod uult omnipotentia dei. Et quũ sit natura nequã, mendax & malus, mouet & agit deus naturam suam, ut nunquã æsset & quiesçat. Nullæ enim creaturæ dei sunt ociosæ, motæ omnipotẽtia diuina. Vtitur igitur deus Sathana, & quouis impio, uelut uasis contumeliæ ad iram suã, & tamen pro sua sapientia bene utitur illis ad gloriam suam. Prouer. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, impiũ quoq; ad diem malum. Israëlitas per Pharaonẽ persequitur, Dauidi maledixit per Semei. 3. Reg. 16. Hiobem adfligit per Sathanã. Iudæos per Chaldæos punit. Aliud operatur in uasis honoris & misericordiæ, & aliud agit in uasis cõtumeliæ: non utitur unis instrumentis ad uniuersa opera sua. Aliud operatur in principe, aliud in priuato. In rustico agricolationẽ operatur, in præside administrationẽ prouinciæ, in iudice iurisdictionẽ, in episcopo uerbi ministeriũ. Vnde Paulus. 1. Cor. 3. Dei sumus cooperatores. Aliud in doctis, aliud agit in idiotis, aliud in sanctis

Qualia instrumenta talia opera

Sathanas agitur à deo.

Impijs utitur deus ad iram suam.

Sancti & impij sunt organa dei

ſanctis, aliud in peruerſis. Sunt inſtrumẽta, quibus irã & indignationẽ ſuã obtrudit, uelut lex, peccatũ, mors, infernus, ſathanas, impij, grando, ignis, morbus, fames, bellum, peſtis, & alia id genus mala, quibus ingratitudinem & peccata noſtra punit. Quoties illis utitur iuſtus iudex, iudicatur à nobis mala facere, & operari in iuſticiã. Sunt rurſus organa, quibus miſericordiam & beneuolentiam ſuam exhibet, qualia ſunt: prophetia, diſcretio ſpirituum, ſapientia, fides, ſanitas, linguarum cognitio, ſermonum interpretatio, diuitiæ, pax, robur corporis, fertilitas agrorum &c. hæc tamen omnia tribuit & operatur unus deus. Aliud agit in filijs dei, aliud in filijs diffidentiæ, aliud in angelis, aliud in ſathana. Solus uniuerſa operatur. Nihil agit ſathanas, cum uniuerſo regno ſuo, niſi quod permittit, & uult deus pater. Et tamen deus nihil facit mali, ſed omnia opera ipſius ſunt recta, ueritas & iudiciũ. Pſal. 110. Nobis carni ſciliæt & ſanguini, uidentur aliquoties iniuſta & mala, ſed apud deũ non eſt iniquitas. 2. Para. 19. Cũ adſligit, punit & perdit, uidetur nobis inique agere, cũ non poſſit non recte agere. Quis noſtrũ iniquũ uocat, ſi tollantur apud nos publici latrones? tueatur publica pax? occidantur noxentes, ut boni pacem habeant? hæc nimirum nullus iniqua pronũciet. Igitur ſi deus punit erroribus, excæcatione, morbis, peſtilentia, bellis, fame, bene agit, quãuis carni & iudicio rationis male uideatur egiſſe. In malis hoim mala ſunt ignis, grãdo, nix, glacies, fames,

Inſtrumenta iræ dei.

Inſtrumenta beneuolentiæ.

Opera dei ſunt recta.

Iniquos tollere non eſt malum.

Mala apd' homies rc ecta sunt apud deum.

mors, at hæc in oculis dei mala non sunt, indignationis sue tela, nisi q; aliquando etiam pios probat adflictionibus. Mundis igitur sunt omnia munda, sciunt enim omnia geri diuino consilio: pollutis autem & infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorum mens & conscientia. Tit. 1. Bonis deus est bonus, electis electus, perDeũ nemo arguet iniquitatis.

uersis peruersus. Psal. 17. Creat alios uasa misericordiæ, alios uasa iræ, omnia iusto iudicio. Nec debet quisquã contradicere illi, aut iniquitatis arguere. Sapien 12. Quis dicit tibi, quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuũ? aut quis in conſpectu tuo ue[illegible]t uindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputa[illegible]ſi perierint nationes, quas tu feciſti? nec enim eſt alius deus, quàm tu, cui cura eſt de omnibus, ut oſtendas, quoniam nõ iniuſte iudicas iudiciũ. Neq; rex neq; tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his, quos perdidiſti. Cũ ergo ſit iuſtus iuſte omnia diſponis. Habes rationem, quomodo deus mala operetur. Sic quoq; & illum alium locum, Iesa.

Errare quomõ nos faciat deus

63. intellige. Quare errare nos feciſti domine deus de uiis tuis, induraſti cor noſtrum, ut non timeremus te? Subtracto ſpiritu ſuo facit errare, dum non dirigit greſſus noſtros in ſemitis ſuis. Quapropter orauit Moſe: Si non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. In quo enim ſcire poterimus, ego & populus tuus, inueniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcũ Exo. 33. Si uerbo domini attendimus, uelut lampadi lucenti in obſcuro loco, recte facimus. 2. Pet. 1. & non errabimus.

rabimus. Lucerna enim pedibus nostris uerbum tuum, & lumen semitis Psalm. 118 At si uerbum eius amouerit in furore suo, non possumus non extreme errare, dum dilectionem ueritatis non recipimus. 2. Thess. 2. et idola ponimus in corde. Ezech. 14. Id est, quando non audimus uerbum dei, & relinquimus fontem uiuum, effodientes nobis cisternas dissipatas, quæ aquas continere non possunt. Hiere. 2. Tum mittit nobis deus operationem erroris, ut credamus mendacio. Ista est ratio excæcationis, quare errare nos faciat. Prouer. 29. Cum deest prophetia, perit populus. Eandem caussam adfert Ezechias rex Iuda. 2. Paralip. 30. Patres & fratres uestri, inquit, recesserunt à domino deo patrum suorũ, propterea tradidit eos in interitũ, ut ipsi cernitis. Cur prisco mundo, quem diluuio aquarũ submersit, non pepercit? Quia omnis malitia inundauerat, & pietas neglecta fuisset. Quare Pentapolim sulphure, & igne extinxit? nisi quia iustum Loth audire renuit. Quæso aut toties Iudæos cædibus, peste, captiuitatibus, & mille malorum generibus pressit? nisi quia dominũ reliquerũt, euntes post cogitationes suas. Sic per prophetam minabatur: Ecce ego adducam mala super populũ istum, fructum cogitationum eius: quia uerba mea non audierũt, & legem meam proiecerunt. Hiere. 6. Deus itaq; omnia operatur, bona & mala: quia solus est omnipotens, et nemo potest ipsi resistere. Iudicio & lege damnat, adfligit, iudicat, perdit, & pericula diuersi generis immit-

Errorũ & excæcationũ causse.

Sathan impotens est inferior deo.

tit, hoc est, ut more nostro dicam, operatur mala. Sathã nihil potest, quãuis deus & primæps sit huius mundi, nisi permittente deo. Non habet tantam potestatem, ut possit cuncta pro sua libidine uertere & peruertere.

Sathan lictor & seruus dei.

Christus est superior Sathana, & hic est sub pedibus eius, minister & lictor ipsius. Habes copiosa exempla in scripturis. Sed quid multis ago? Si solus deus omnipotens & supremus, consectaneũ est neminem, nec Sathanã, nec hominem quicquã posse, nisi per deum. Hic sit epilogus omniũ dictorũ. Omnes sumus impotentes, solus deus oĩa potest, facit, regit, administrat, dispensat, quidet, & operatur. Diabolus draco ille magnus, serpens antiquus, qui seducit uniuersum orbem, proiectus est in terram, & angeli eius cũ illo proiecti sunt. Apoc. 12. Ideo superior est deus. Hic cacodæmon mendax est ab initio, & in ueritate non stetit, est enim mendaciorũ parens. Cũ loquitur mendaciũ, non de alieno, sed ex proprijs loquitur, excidit semel de ueritate dei, ad quã redire non potest, ignominiæ uas est, suo fœtore orbem terrarũ infiæret, si permitteretur à deo, circuit quasi leo rugiens, quærens quem deuoret. 1. Pet. 5. solutis de carcere exit, ut seducat gentes, quæ sunt sup quatuor angulos terræ. Apoc. 20. Solus deus ligat hũc draconem, solus quoq; soluit. Quos abijcit deus in ira & indignatione sua, illos haud segniter arripit Sathan, capit & illaqueat ad suam ipsius uoluntatem. 2. Tim. 2 & ita operatur in filijs contumacibus. Ephe. 2. non sua

Diaboli malicia.

potentia

potentia, sed abiectione dei, qui permittit diabolo suũ dominiũ in impios. Iam credo intelligi, quomodo deus omnia agat etiam in Sathana & impijs. Quòd deus nõ uelit iniquitatem, quamuis patiatur eam à filijs perditionis fieri. Ipse peccatum, quod lege cauit, non facit: at tamen peccati authorẽ dicimus, dũ subtrahit spũm suum, nec impunitũ relinquet, id quod ex lege pulchre doœberis. Hinc scriptura eos grauiter arguit, qui aduersa & prospera fortunæ et imprudentiæ attribuunt, qui dicũt secundũ rationem omnia fieri fortuito, nõ geri diuinitus. Sopho. 1. Visitabo super uiros demersos in fecibus suis, qui dicunt in corde suo: non faciet dominus bene, aut male. Threu. 3. Quis est iste qui dixit, quod fieret, domino nõ iubente? Ex ore altissimi nec bona, nec mala egredientur. Psal. 138. Quo ibo à spiritu tuo, aut quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades. Id est, ubiq; est tua omnipotentia, quæ regit, mouet & operatur omnia.

L.

Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Exod. xx. xxi.

Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, nõ potest meus esse discipulus. Luc. xiiii.

Quid nunc obſtrepimus ijs, qui ſcripturas pugnare dicunt? Nónne rurſus manifeſta eſt pugnantia in iſtis duobus locis? Cur igitur non ædimus harena, & palmam tribuimus? quamdiu reſiſtimus ueritati? Miſeros qui ſpiritum dei in ſcripturis ueritatis & ſobrietatis uerba loquentem, & ubiq; ſecum conſtantem, iudicant? Ipſi apud ſe conæperunt diſſonantiã, & eam mox ſcripturæ plenis uelis inuehere uolũt, ſiue patiatur ſcriptura ipſorum pugnantiã, ſiue non, cogitur tamen ipſorum furori cedere ſpiritus ueritatis, qui à patre procedit. Sed tu audi. Ergo & iſta pugnant. Deut. 6. Audi Iſraël, dominus deus ueſter, deus unus eſt. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde & ex illi ſoli ſeruies. Et illud: Honora parentes: Si enim ſolus deus amandus, ubi remanet amor erga parentes? quia lex præcipit ſolum deum amandum. Reſpondeant nũc prophetaſtri noſtri, quomodo iſta conueniant? Nos dicimus iſta minime pugnare, niſi ſenſui carnali, qui nihil ſpirituale ſapit & percipit. Ipſi diſſident et habent duplicia corda, ideoq; ſcripturam pugnantem exiſtimant, ſpiritualis omnia diiudicat. 1. Corint. 2. Deus ſolus amandus ex toto corde, & anima, illi ſoli fidendum: at non ſic parentibus. Qui & ipſi metuendi ſunt, ſed non ſupra deum: honorandi, ſed poſt deum, & in deo. Hoc interpretatur ipſa ueritas, quæ fallere non poteſt, dirimens hanc cõtrouerſiã. Qui, inquit, amauerit patrẽ, aut matrem ultra me, non eſt me dignus. Lõge igitur præferẽdus eſt amor dei dilectioni

Parentes poſt deum amandi.

dilectioni parentum. Supra omnes creaturas adorandus est deus, honorandus, metuendus, nemo ei par diligendus. Zelotes est, non patitur æqualem, & gloriã suã alteri non tribuit, Iesa. 42. Altissimus est, non licet ultra ipsum aſcendere. Diligimus itaq; & honoramus parentes, sed post deum & in deo, ne peccemus in primam tabulã. Amamus uxores, liberos, amicos, sed longe post deũ. Et huc pertinet nunc locus Euangelij, quando Christus ait: Si quis uenit ad me, & nõ odit patrem suum & matrem suã, non potest meus esse discipulus, Hoc est, Qui meus uult esse discipulus & me sequi, abrenunciet omnibus, nõ habeat chariores parentes, non præferat uxorem, liberos, familiam & suam ipsius animã, sed abnegatis cunctis, in me uno hæreat, tolleret crucem, alioqui nunquã erit synærus discipulus. Qui enim manu admota aratro respexerit, nõ est aptus ad regnũ cœlorum. Lu. 9. Non iubet persequendos aut extrudẽdos parentes, uxores, liberos, sed fugiendos, si retrahãt à Christo aut pietate. Qui enim uexat patrem, & fugat matrem, turpis est, & probro dignus. Prouerb. 19. Sic aliàs de membris scandalizantibus protulit. Matt. 5. Alias nõ sunt contemnendi parentes, magistratus, uxor, liberi, familia, nisi pietati obstent, & à regno cœlorum auellant. Ita & anima odio habenda propter Euãgelium & regnũ dei. Quid multis? Omnia seruire debent domino, & quicquid nos à timore & cultu dei auocauerit negligendum. Deo enim magis oportet obedi-

Parentes nõ sunt extrudendi.

re quàm hominibus. Actor. 5. Non est Christianus, qui uxorem suam diligit ultra Christum, qui chariores habet liberos pietate, qui potiora sunt bona temporalia, diuitijs cœlestibus, qui præfert mundum, regno cœlorum. Quantum ad charitatem pertinet, debemus parentibus omnem honorẽ, obedientiã et obsequiũ. Quã tũ uero ad fidẽ attinet, oportet nos parentes odisse.

LI.

Fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintq; donum cœleste, & participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerintq; bonum dei uerbum ac uirtutes futuri seculi, si prolabantur, denuo renouentur per pœnitentiam. Heb. VI.

Quicunq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Ioelis. II.

Non pugnant hij duo loci, sed utriq; ueri sunt. Ne mo uere inuocat, nisi credat in eum. Impossibile enim est, ut quis illi sine fide placeat. Heb. 11. Nam quomodo inuocabunt eum in quẽ non crediderunt? Rom. 10. nihil bonæ spei conceperunt, de quo incerti sunt an iuuare possit, an audiat clamantes? quisquis fide inuocauerit

Nemo deũ uere inuocat nisi fidelis.

uerit nomen domini, ſaluus erit. Aliàs hypocriſis & peccatum eſt, quod fide non fit. Rom. 14. ſicut Dauid orat impiorum orationem fieri peccatum. Pſalm. 107. Igitur prior locus, qui eſt Heb. 6. loquitur de his, qui abnegarunt fidem, & blaſphemant Chriſtum, prolapſi in infidelitatem, & peccatum in ſpiritum ſanctum, ij non poſſunt renouari per pœnitentiam, non poſſunt inuocare nomen domini. Quando fides ſit donum dei, & non liberi arbitrij, ut lucat ponere & recipere ubi libuerit. Qui me contemnunt, ait dominus, erunt ignobiles. 1. Reg. 2. Qui me negauerit coram hominibus, negabo et eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. Mat. 10. Vbi Chriſtum ſalutare amiſiſti non habes amplius iuſticiam. Si ignorans peccaſti, aut per fragilitatem humanam, poteris renouari per pœnitentiã fide in Chriſtũ. Septies enim in die cadit iuſtus, et reſurgit. Pro. 24. Rom. 13. Induimini Ieſum Chriſtum. Ephe. 4. Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ. At ſi uolentes peccauerimus, hoc eſt, ad infidelitatem relapſi fuerimus, canes reuerſi ad uomitum. 2. Pet. 2. poſt acceptam cognitionẽ ueritatis, id eſt, fidẽ, non ultra pro peccatis reliqua eſt hoſtia, ſed formidabilis quædam expectatio iudicij & ignis uehementia, qui deuoraturus eſt aduerſarios. Hebræ. 10. Vnde Chriſtus dicit peccatum in ſpiritum ſanctum non remitti, neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. Mar. 3. Quia non poteſt deprecari uenia. Vbi fides abeſt, oratio eſt inefficax. Sola enim fides inuocat et impetrat

Peccatũ in ſpiritũ ſanctũ non habet locum pœnitẽtiæ.

Lapſus humanus habet ueniã.

Canes reuerſi ad uomitum.

Oratio uera dei donum eſt.

petrat. Bene tecum agitur si uere potueris orare, at si ex cæcatus, nõ precaris ueniã, quomodo seruabere. Omnis qui uere inuocat nomen domini, saluus erit. Incredulus atq; impius nunquam uere inuocat, sed ludit deum inanibus uerbis. Vides nunc an pugnent istæ duæ sententiæ? & quàm nauci & insipientes sint homines, qui istam tragœdiam nobis excitarunt.

LII.

Ego nõ iudico quenq;. Ioan. VIII. Pater omne iudicium dedit filio. Ioannis. V.

Statuimus in acie paucalos ex ueteri instrumento locos, qui uidebãtur mutuo concurrere, id est, dissidere inter sese, ut priores in pugnam descenderent. Deinde alteri loco ordinauimus ex ueteri & nouo, prout sese offerebant, non habito militum delectu, quos similiter passi sumus confligere. Restant nunc uelut triarij ex nouo testamẽto, quos adlibuit postremo cõstituere, ut et ipsi manus cõserant, et alter alterum gladio prosternat, id est, interpretetur & exponat. Consiste igitur lector, & illorum pugnam quoq; considera. Primi duo, si carnem constituas iudicem, acerrime concurrunt, sed aliud sentit spiritus. Christus (Ioan. 8.) condemnat temerariũ & carnale Iudæorum iudicium, qui secundum ea, quæ comprehendit ratio humana, iudicabant, & condemnabant citra respectum & integram causæ cognitionem,

Iudicium carnale damnatur.

humanus

humana persuasione moti, & inquit: Vos secundum carnem iudicatis, putatis iudicium meum itidem carnale, ac non potius diuinum et spirituale. Ego ista ratione non iudico quenquam, uidelicet humano more, iuxta uisionem oculorum. Iesaiæ. 11. Nam secundum cor & affectus iudico, non iuxta externam personam, quæ optima sunt condemnando, uelut solet cæca caro. Et si iudicem ego, iudicium meum uerum et rectum est, quia patris. Non solus sum & iudico, sed ego & qui misit me, pater. Pater & ego unum sumus. Pater omne iudicium dedit filio. Ideoq; ego non iudico, patris & filij iudicium unum est, nihil facio humana temeritate, ideo non iniquum est meum iudicium. Opera mea & patris sunt communia, nihil facit alter sine altero. Si ego iudico, non facio solus, sed ego, et qui misit me pater. Ego ueni ut saluem mundum & prædicem Euangelion regni, non ut condemnem. Qui credit in me, aut uerbo meo, saluus erit, qui non, condemnabitur. Te ipsum igitur cõdemnas homo, qui in infidelitate permanes. Si quis audierit uerba mea, et non crediderit, ego nõ iudico eum Ioan. 12. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in extremo die. Iudex in rebus ciuilibus non condemnat furem, sed ipsum crimen. Si nolueris suspendi, ne furtum admiseris. Mose autem lex quidem accusat, sed delictum condemnat. Iudex pronunciat legis sententiam, qui homicida latrocinando factus est obnoxius. Iudicat Christus impios, non ut homo, sed ut deus patris

Iudicium Christi est patris.

Lex est author sententiæ.

Iudiciũ impiorũ abscõditum.

tris authoritate. Verũ istud iudiciũ non statim reuelat incredulorũ cordibus, donec apparet in maiestate sua iudex uiuorum atq; mortuorũ, neq; dat eis ut pro iusto iudicio dei habeant, sed pro iniusticia cum hic iudicantur, hoc est puniuntur. Huc pertinent et illa: In iudicium ego ueni in hunc mundũ, ut qui nõ uident uideant. Ioan. 9. et nunc iudiciũ est huius mũdi. Ioan. 12. et 2. Thess. 2. Iudicẽtur oẽs qui nõ crediderunt ueritati. Euangelion reuelat impietatẽ. Rom. 1. detegit hypocrisim, & cõdemnat uniuersas iusticias. Quod iudiciũ nemo nisi spirituales accipiunt. Nouissimo die palàm fiet, ut glorificentur palàm ij, qui crediderunt ueritati, & iudicentur omnes, qui nõ crediderunt. 2. Thess. 1. et 2. hic incipit iudicium impiorum, illic reuelabitur.

Euangeliũ iudicat.

LIII.

Quis cognouit mentem domini? Romanor. XI.

Nos mentem Christi tenemus. 1. Chorint. II.

Videntur uerbis pugnare, sed si penitius introspexeris quæ utrobiq; præcedunt & sequuntur, cõciliabis optime, & minime dissentire intelliges. Roman. 11. ubi multa de prædestinatione disseruisset Paulus, hoc epiphonemate concluſit tantam disputationem: O profunditatem diuitiarum sapientiæ & cognitionis dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, et imperuestigabiles uiæ eius

eius. Quis enim cognouit mentem domini? Aut quis fuit illi à consilijs? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia. Ipsi gloria in seacula, Amen. Hoc totum uoluit Paulus consilia & iudicia dei, quare illos eligat & assumat, alios uero reijciat, nobis abscondita, adoranda potius quàm inuestigãda. Psal. 35. Iudicia dei abyssus multa. Et prohibet scriptura ne altiora nobis pquiramus. Eccle. 3. Qui enim scrutator est maiestatis, obruetur à gloria. Pro. 25. Quare igitur hunc saluet, alium condemnet, non est nobis scrutandum, ipse solus nouit, & ad eius omnipotentiã ac maiestatem pertinet, patris est beneplacitum & cõsilium, nobis absconditum, hic nemo nouit mentem domini, quia nemo consiliarius eius fuit. Quæ scripturis sanctis prodita non sunt, ne scire haud pudor est. Tantum reuelauit nobis deus opt. max. per uerbum & filiũ suum in scripturis, quantũ scire opus est. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius uoluerit reuelare. Matth. 11. Deum enim nemo uidit unquam neq; uidere potest. 1. Timoth. 6. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit, Ioan. 1. Is sensum patris nobis exposuit, & uocali prædicatione docuit, quæ scire necesse erat, manifestauit Euangelion, quod patris beneuolẽtiam explicat. De hac cognitione, quæ fit per uerbũ dei in scripturis sanctis, loquitur Paulus. 1. Cor. 2. Nos mentem Christi tenemus, scilicet quam patefecit nobis per uerbũ suum. Vnde Christus Ioan. 17. Verba quæ

Iudicia dei nobis abscondita.

In scripturis mentem suã expressit deus.

Mentem Christi tenere.

quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt. Et diuus Ioannes: ſcimus quòd filius dei uenit, et dedit nobis mẽ tẽ ut agnoſcamus illum qui uerus eſt, et ſumus in uero in filio eius Ieſu Chriſto. 1. Ioan. 5. Vnde quæſo hanc mentem Chriſti ſcimus nos, niſi ex canonicis ſcripturis? ſimiliter Paulus in epiſtola ad Epheſios multa diſſerit de reuelato myſterio, quomodo Chriſtus temporibus ſuis patefecerit arcanum uoluntatis ſuæ, hoc eſt Euangelion enarrauerit, & prædicandum diſcipulis commiſerit. Vnde factum fuit ut ſpirituales, Chriſtiani ſcilicet, tantum ſciant, quantum eis per enarrationem uerbi dei manifeſtatũ ſit. Hoc nimirum uocat Paulus. 1. Cor. 2. mentem Chriſti tenere uerbo. Verbo enim mentem ſuã expoſuit Chriſtus, unde ſupra diximus: Verbum eſſe faciem & imaginem patris. In ſumma abſcondita ſunt nobis iudicia dei, niſi quæ ſcripturis ſanctis reuelauit.

Scripturæ maieſtas. En maieſtatem ſacrarum ſcripturarum, quæ mentem Chriſti ad nos adferant, contra nouinos pſeudoprophetas. De qua infra liberius.

LIIII.

Ipſe eſt Helias. Matth. XI. Non ſum ego Helias. Ioan. I.

Ioannes eſt Helias. Malachiæ. 4. promittitur Helias his uerbis: Ecce egomittam uobis Heliam prophetam antequam ueniat dies domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum &c.

Is He

Is Helias est Ioãnes Baptista interprete Christo. Matt. 11. Hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto nunciũ meum ante faciem tuam, qui præparaturus est uiam tuã ante te. Et si uultis recipere, ipse est Helias ille, qui uẽturus erat. Et Mar. 1. Initium Euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptũ est in prophetis. Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparabit uiã ante te &c. et Matt. 17. Dico uobis Heliã iam uenisse, et nõ agnouerunt eum &c. Ioannes igitur Baptista est Helias ille, quem Malachias prædixerat. Cæterum quod negat se esse Heliam Ioannes, non quidem illum se negat esse, quem Christus dicit, sed Thesbitem illũ de ciuibus Gilead, qui temporibus Achab regis Israël prophetabat, curru igneo raptus in cœlum. 4. Reg. 2. de quo somniarant Iudæi, reuersurum in terram, ante Meßiæ aduentum, hunc se esse pernegat. Aut per ταπείνωσιν nõ arrogans sibi dignitatem, qua se minorem iudicabat, uelut etiam fecit, quando Christum baptizare debuit, quasi ipse indigeret lauacro regenerationis. Hoc enim sancti habent peculiare, quòd non agnoscant in se iusticiam, aut uirtutes multas, nihil arrogent sibi, sed extenuent & humilient, id quod nunc pariter in Ioanne est cernere.

Malach. 3.

Heliã cur se negat Ioannes.

Humilitas sanctorum.

LV.

Quos uocauit, eos & iustificauit. Roma. VIII.

Multi sunt uocati, pauci uero electi. Matth. xx.

Vocatio duplex.

Duplex est uocatio, dei & hominũ. Dei uocatio fit in spiritu, interna & sancta, qua deus ab æterno eligit, præscit, sanctificat, & deinde trahit ad se per uerbum suũ externa prædicatione. De qua Paulus Ephe. 1. Elegit nos antecq̃ iacerentur fundamenta terræ. Et. 2. Thes. 2. Elegit uos deus ab initio in salutem, per sanctificationem spiritus, ac fidem ueritatis, ad quod uocauit uos p Euangelion nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Hæc uocatio non fallit, non est otiosa. Quicunq; ad eum modum uocati sunt, æterna scilicæt electione dei, ij non possunt perire. Ioann. 10. Nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam de manu mea. De isthac uocatione loquitur hic Paulus, id quod totum caput abunde testatur, præsertim cum ait: Quos prædefinierat, eosdem uocauit, id est, quos ab æterno elegit & prædestinauit, eosdem etiam per Euangelij prædicationem acersiuit: quos uero uocauit, eos & iustificauit: quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Roma. 8.

Vocatio dei erata.

Vocatio hominũ fallax

Altera, quæ ab hominibus tantum fit, sine spiritu mediatore, quando per nuncios spargitur Euangelion, tum inuitãtur quotquot audiunt Euangelion: magna pars audit uerbum, minor pars fide arripit. Huius uocationis meminit Christus in duabus parabolis: Priore, quando paterfamilias in uineam: poste

riore

riore, cũ rex ad nuptias inuitat per seruos suos. Matt. 20. & .22. Concludens parabolas hac gnome. Multi sunt uocati, scilicet per prædicationem nunciorum, prophetarum, apostolorum, ad uineam patrisfamilias, & ad nuptias regis cœlestis: pauci uero electi ad regnũ. Omnes audiunt Euangelium, sed non omnes suscipiũt. Nemo autem uere suscipit nunciũ illud sacrosanctũ, nisi diuina electione inuitatus. Non est uolentis neq; currentis, sed miserentis dei. Roma. 9.

LVI.

Non erat ille lux. Ioan. 1.
Ille erat lucerna ardens & lucens. Ioan. v.

Christus Iesus natura lux est uera, quæ illuminat omnem hominem. Ioan. 1. Id quod de se ipso testatur, dũ inquit: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed lumen uitæ habebit. Ioan. 8. Sine quo nemo illuminatur, sed omnes sumus in tenebris, & densissima caligine, nisi ille Messiah, qui uera lux est, nos illuminauerit. Nam si Ioannes tantus uir, quo non sanctior natus fuit è mulieribus. Matth. 11. Non erat est lux uera lux uera, consectanẽ est nos meras esse tenebras, caligines & nebulas, nisi ille suũ in nobis accenderit lumen. Credentiũ itaq; lux Christus est, quem sequentes lumẽ uitæ habent. Matt. 5. Vos estis lux mundi, id est, astres ueræ lucis. Philip. 2. In medio nationis prauæ ac tor-

Christus lux uera.

Ioãnes non lux uera.

Lux mũdi tuoſæ lucẽte, tanquã luminaria in mundo, ſermonem uitæ ſuſtinentes. Sancti itaq; dicuntur lux mũdi, quia uerbum dei habent, per quod homines illuminandi ſunt, citra uerbum Chriſti neq; lux, neq; ſal poſſunt eſſe.

quomõ ſint credentes.

Ioannes lucerna.

Ioannes non eſt uera & diuina illa lux, ſed lucerna ardens & lucens, igne ſpirituſſancti accenſa, præco & teſtis huius æternæ lucis. Ioan. 1. Erat homo miſſus à deo, cui nomen Ioannes. Hic uenit ad teſtificandum, ut teſtaretur de luce, ut omnes crederent per ipſum. Non erat ille lux illa, ſed miſſus erat, ut teſtaretur de luce. Erat, inquam, lucerna: quia uerbum dei, quod eſt lumen uitæ, circumferebat & prædicabat, nõ ſua natura, ſed per Chriſtum, cuius ſpiritu & gratia erat illuſtratus, ut intus in corde arderet fide & pietate, foris uerbo, doctrina & charitate ſplendeſceret. In ſumma, quicquid lucis eſt in Ioanne, id à Chriſto habet, qui ſolus eſt lux mundi, in cuius lumine uidebimus lumen. Pſa. 35. Lucet Ioannes, ſed per Chriſtũ. Sic apoſtoli & uiri ſancti lux ſunt, nõ natura, ſed gratia, ppter uerbũ Chriſti, qd' portant ad illuminationem gentiũ. Lu. 12. Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris,

LVII.

Nemo bonus niſi unus, nempe deus. Marci. x.

Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bonum. Lu. VI.

Volut

Velut nemo luæt, niſi per Chriſtũ Ieſum, qui eſt uera lux, illuminans omnen hominem credentem: ita nemo bonus, pius, ſanctus, niſi per eundem Chriſtum, qui eſt ſummum bonũ, ueritas, iuſticia, uita, ſapientia, & uerbum patris. 1. Cor. 1. Qui factus fuit nobis ſapientia à deo, iuſticiaq; & ſanctificatio, & redemptio. Ioan. 15 Iam uos mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum uobis. Euangelion Ieſu Chriſti emũdat atq; ſanctificat nos, ſi fide fuerit ſuſceptum. Eſt enim uirtus dei ad ſalutem omni credenti. Roma. 1. Cui qui crediderit, ſaluus erit. Mar. 16. Sic uides omne bonum eſſe à deo. Iacobi. 1. qui ſolus nos purificat, & ex filijs iræ, in dei filios per uerbum ſuũ regenerat. Nemo bonus, niſi quem dei bonitas bonum reddit: nemo ſanctus, niſi quem dominus ſanctificauerit. Igitur non pugnant ij loci, ſi ſaltem ſpirituali iudicio legeris. Natura nemo bonus eſt, niſi unus ille optimus maximusq; deus: gratia & ſpiritus dei immutatur homo, & fit bona arbor, iuſtus & ſanctus.

Deus ſolus bonus.

Boni unde ſimus.

LVIII.

De die illo ac tempore nemo nouit ne angeli quidem, qui in cœlo ſunt, nec ipſe filius, ſed ſolus pater. Marci. XIII.

Data eſt mihi oms poteſtas in cœ-

lo & in terra. Matth. xxviii.

Christus nõ nunq̃ ut de us, nõnunq̃ ut hõ loquitur.

Diuinitatis et hũanitatis argumẽta in Chrõ.

Christus quõ ignoret diem extremum.

Christus deus.

Christus bipharíam loquitur in scripturis, aliquando ut purus, simplex & nudus homo, cui nihil cum diuinitate commune sit, ut plane declaret se uerũ esse hominem. Aliquando uero cum authoritate & potestate, tanquã deus magnificæ concionatur, ut manifeste se uerum esse deum probet. Quando comedit, bibit, dormit, infirmas uoces edit, hominẽ se declarat: at quando mortuos suscitat, cæcis uisum reddit, languidos curat, deũta in Chrõ. se esse demonstrat. Hic tanquam homo dissimulans diuinitatem, dicit se ignorare diem extremum. Non enim est hominum nosse tempora & articulos temporũ, quos pater cœlestis in sua ipsius constituit potestate. Acto. 1. Ne discipuli (quibus expediebat ignorare definitũ tempus) indolerent, q̃ ipsis haud reuelaret. Citius à se remittens, dum se nescire dicit, quàm si cõfessus se scire, momenta & diem obticuisset. Rursus diuinitatem suam declarat his uerbis: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et alibi: Mea omnia tua sunt pater, & tua mea. Ioan. 17. Ego & pater unum sumus. Ioan. 10. Quæ si non obseruaueris lector, qui poterit tibi scripturã esse cõcors? Conferenda, & collatis locis conciliandã magistro spiritu, non è ratione confictis argumentationibus. Christus uelut deus omnia habet in potestate sua, nihil nescit, omnia nuda & resupinata oculis eius. Si quæ ignorare se dicit, secundum humanitatem intelligi.

ligit. Mirum autem Christum hominem nescire diei ex Diē extremi horas et tēpora, q̄ nostri impostores nouitij pscu mū gloriantur, uelut se exploratos habere gloriantur, nostri Proquasi fuerint à cōsilijs dei, & ex ipsius digitulis suxerint. Certo enim definierunt non abfuturum diem extremum duobus annis, qui & ipsi præterierunt. Nos credimus haud longe abfuturum, quia signa, quæ prædixit dominus, præ oculis cernimus: sed articulos et momenta temporum non definimus, quia pater constituit in sua potestate. Vigilare iubet, ne improuisus obrepat, uelut fur in nocte.

phetæ. Anabaptistarū, & huius factionis agmitur se scire na nouerunt, uclut se exploratos habere gloriantur, nostri Proquasi fuerint à cōsilijs dei, & ex ipsius digitulis suxerint. Certo enim definierunt non abfuturum diem extremum duobus annis, qui & ipsi præterierunt. Nos credimus haud longe abfuturum, quia signa, quæ prædixit dominus, præ oculis cernimus: sed articulos et momenta temporum non definimus, quia pater constituit in sua potestate. Vigilare iubet, ne improuisus obrepat, uelut fur in nocte.

LIX.

Gloriam meam non quæro. Ioannis. VIII.

Ego sum lux mundi. Ibidem.

Pauloante dixerat Christus eodem capi. Ioan. 8. Ego dæmonium nō habeo, sed cōhonestō patrem meū. Et Ioan. 5. Ego non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me patris. Ita quoq; hic ait: Gloriam meam nō quæro. Omnia accepta refert patri, cuius gloriam solum quærit, sicut Ioan. 17. ipse interpretatur. Ego glorificaui te super terrā, opus consumma Christus uui, quod dedisti mihi, ut faœrem. Manifestaui nomen tubiq; patris um hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Iam creglorią quæ do, liquet Christum loqui de patris gloria quæsita, non rit.

affectata propria. Quòd uero se luæm mũdi prædicat, non est gloriam affectare, sed simpliciter ueritatem fateri. Nam ipse uerus Meßiah, uere lux mundi est, sicut uere pastor est, uia, ueritas, uita, filius et sapientia dei. Hoc autem non est laudem ambire, sed confiteri ueritatem, & se mũdo declarare. Vt cũ se noster Carolus Hyspaniarũ rex cæsarem aut imperatorẽ pronũciat, non affectat gloriã suã. est enim uere Cæsar & Imperator, ita Christus uere lux mundi, qui illuminat omnẽ hominẽ uenientem in hũc mundũ. Nemo illuminatur, nisi authore Christo, nemo uidet lumẽ uitæ, nisi per Christum. Nemo penetrat tenebras huius mũdi, nisi Christo duce, solus illustrat, uiuificat & saluat.

Christus est lux mundi.

LX.

Qui gladium accipit, gladio peribit. Matth. XXVI.

Qui habet tunicam, uendat eam, & emat gladium. Lucæ. XXII.

Gladius in scripturis pro uerbo dei.

Gladius in scripturis sanctis plerunq; pro uerbo dei sumitur, quo unico contra Sathanam & omnes assultus tenebrarũ, aduersus spirituales nequitias in cœlestibus pugnandũ est. Hoc armatos uult suos discipulos dominus Iesus: his armis cacodæmona repulit. Mat. 4. uolens nos iisdem profugare diabolũ. Ephe. 6. Galeam salutaris accipite, & gladium spiritus, qui est uerbum dei. Apoca. 1. Ex ore filij hominis procedit gladius, utraq;

utraq; parte cautus. Viuus enim est sermo domini, & penetrantior quouis gladio utrinq; incidente. Heb. 4. Hunc gladium uerbi dei iubet dominus emere, qui absq; auro & argento (Iesaiæ. 55) sola fide comparatur. Non uult gladio ferreo pugnare Christianos priuatos homines, more gentium aut latronum, alioqui nō prohibuisset toties uindictam, ne malo resistamus. Matth. 5. sed uincamus in bono malum. Rom. 12. & 1. Pet. 3. Vnde Petrum illegitimo iure non iubente domino contra ministros gladij gladium accipientem, grauius obiurgat præcipiens ensem uaginæ restituēdum. Ioan. 18. Significans istis armis non defendendum Euangelion, sed oratione et patientia. Luc. 11. In patiētia uestra possidebitis animas uestras. Iubet itaq; uendere tunicam, peram, & quicquid nos ab sermone ueritatis retrahit, abrenunciandum carni & præsidijs eius, & sola fide adhærendum uerbo dei. Hoc unum faciendum, quod præcipit sermo diuinus, cætera uelut noxia reliquēda. Isto gladio, qui est uerbum dei, sceptrum iusticiæ, uirga æquitatis, uirga oris domini, & spiritus labiorum suorum, interficitur impius. Iesaiæ. 11. 2. Thessal. 2. expugnatur Sathan, & pellitur omnis hostis.

Euangelion nō debet armis defendi

Verbi dei appellationes.

LXI.

Pauperes semper habebitis uobiscum, me uero non semper habebitis. Matth. XXVI.

Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationẽ ſeculi. Matth. XXVIII.

συνεκδοχὴ

Indignabantur diſcipuli, ſiue ut Ioannes habet cap. 12. ſolus Iudas Iſcariotes, ob effuſum in Chriſti caput nobile et precioſum unguentũ, dicentes: Ad quid perditio hæc? Potuit enim iſtud unguentum uenundari magno, & dari pauperibus? Ad quorum indignationem reſpondebat Ieſus: Quid moleſti eſtis mulieri? Opus bonum operata eſt erga me. Semper enim pauperes habetis uobiſcum, & quandocunq; uolueritis, poteſtis illis benefacere, me uero non ſemper habetis, quod potuit hæc fecit. Mar. 14. Attendis hic Chriſtum de corporali præſentia ſua loqui, an hic honor, & opus bonum à muliere impendebatur. Non enim deum unxit ſed hominem. Intangibilis & minume attrectabilis eſt deus, ſolo uerbo & fide tangitur, Chriſtus humano ac mortali corpore, quod aſſumpſerat, tangebatur, ungebatur, attrectabatur, cor & ſpiritus mulieris fide tangebat deum, non membris carneis. Voluit dicere: Sinite illam me ungat. Futurum enim eſt ut ſubducã hanc meam, quam cernitis, corporalem uiſibilemq; præſentiam, nõ amplius cõuerſabor uobiſcum in hac uilitate ac ſeruili forma, nouiſſimus uirorum. Poſthac pauperes ungere, atq; illis benefacere poteritis cũ adlibuerit, illi nõ dcerunt uobis. Mihi non inuideatis hoc honoris, quod

Pauperes ſemper habetis, me nõ ſemper, exponitur.

Chrũs ĩfirmus nõ magis nobiſcũ

quod mox abituro impenditur, non erit deinceps ungendi facultas. Vulgarium istorum pauperum semper erit parata copia, quorum egestati poßitis subuenire, mei breuis erit copia, iamiam moriar, non amplius uiuam in hoc mortali corpore, induam immortalitatem, auspicabor regnum spirituale. Adero quidem, sed uerbo, potentia & spiritu, quo uobiscum sum usq; ad consummationem seculi, qua præsentia omnia repleo Cœlum enim mihi sedes, terra autem scabellum pedũ meorum. Iesaiæ. 66. Non itaq; loquitur de diuina potentia sua, qua cœlum & terram implet. Hierem. 23. qua nihil non implet qua præsens est. Vbiq; quemadmodum Dauid cecinit Psalmo. 138. Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero ad ĩferos ades: sed de subtrahẽdo ab ipsis corpore mortali, uisibili, legi obnoxio, quod ungeretur, pateretur, cruci affigeretur, morti fieret obnoxium. Talem Christum humanis affectibus infirmum non habemus uisibilem in terris, quẽ ungamus, siue cui bene aut male faciamus, sed pauperes habemus, quibus uelut membris ipsius succurrere & benefacere poterimus. Is est germanus prioris loci sensus. Et tamen non tollitur hoc dicto corpus & sanguis Christi à mensa dominica, quia uerbum Christi filij dei habemus? Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur. Tolle hoc uerbum, & corpus abstulisti, perdurante uerbo, perdurabit & cœnæ reuerentia, non præualebunt portæ in-

Chrũs glorificatus sẽper nobiscũ

tæ inferorum aduersus ueritatẽ Christi. Si capere haud poteris, æde ueritati, da gloriam deo, non dicimus Christi corpus uisibile sub pane latere, sed tantum ad apertũ Christi uerbũ remittimus, facessant argumenta rationis & commenta sophistarum. Fidei negotium agitur, sola fides apprehendit, & solus Christus docet. Aliàs Christus Iesus deus noster, nobiscum est usq; ad consummationem seculi, tum similes ei erimus. 1. Ioan. 3. & semper cum domino erimus. 1. Thess. 4. Habitat in nobis spiritu suo, & nos ipsius templum, habitatio, domus, & tabernaculum sumus. 1. Cor. 3. & 2. Cor. 6. Heb. 3. & 1. Pet. 2. Non relinquens nos orphanos. Ioannis 14. iuxta promissionem suam. Matth. 18. Vbi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quòd uero illic Matthei. 28. de gloriosa diuinitate sua loquatur Christus, præcedentia uerba fortissime euincunt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Hæc obseruanda sunt lectori uolenti sacras literas sanè intelligere. Nã Christus aliàs ut deus potentia uerba pronunciat, et ut inquit Euangelista: Cum potestate erat coniunctus sermo ipsius. Lucæ. 4. Rursus sæpenumero loquitur uelut homo imbecillis, cui sit nihil cum diuina natura et maiestate commune, hæc nisi discernat lector, quomodo poterit ipsi scriptura congruere? Mũdis sunt omnia pura, coinquinatis et infidelibus nihil est mundum. Titum. 1. Vnde error errorem generat, dum nos citra iudicium omnia arripimus, &

Christus deus ubiq; est.

Nos dei domus sumꝰ.

Christus bifariam loquitur.

Hæresum fons.

non

noſti probamus ſpiritus, an ex deo ſint, & quicquid rationi arriſerit, ſanctum habemus, quicquid huic diſpliacerit, prophanum eſto & hæreticam contra præceptũ domini. Adeo ſtulti inſipienter agimus, ut pudor ſit nos Chriſtianos dici, qui in tantũ diſſentimus à Chriſto, in tantum lacæramus, torquemus ſacrum Chriſti ſermonem, & quid non facit noſtra temeritas? Chriſtum doctorem & magiſtrum noſtrum cœleſtem Opt. Max. ipſi docere inſtituimus, uerba ipſius ſimplicia, nuda, clara & aperta adeo obſcuramus, ut ſphingos ænigmatis ſint abſtruſiora. Quid multis? Lucem claram adeo obducimus noſtris nebulis, ut iam non magis reſplendeat. Atq; hoc faciunt hodie phanatici illi pſeudoprophetæ noui ſpiritus, ſacramentorum eccleſiæ Chriſti euerſores, Anabaptiſtæ, Chriſtianæ reip. perturbatores, & ſeditionis ſpiratores. Quas quæſo tragœdias nõ excitãt? quam ſcripturam non obſcurant & detorquent? Ipſi quando cauteriatam habeant conſcientiam, et mentem euerſam, deo minime fidentem, obſtrepunt ſcripturam pugnare, ipſos ſic apud ſe concipientes, quales ſunt, talia eiuorunt. Ipſi ſecum haud conſtant, ſed pugnant, non habent quietam conſcientiam, ſed tanquam mare feruens rapiuntur in diuerſa. Et non eſt pax impijs dicit dominus deus. Eſaiæ. 57. Igitur et ipſis ſcriptura pugnat, quia ipſi pugnant ſecum. Polluta eſt illorum mens et conſcientia. Vide ſi hos locos iudicio ſpiritus excuterent, et non carnali iudicio,

Contra Schwermeros.

Impij incõſtantes.

cio, probe intelligerent Christum uno loco de se homine infirmo locutum, altero de se potente & maximo, & sic dissiluisset omnis contentio.

LXII.

Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Ioan. VI.

Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Ibidem.

Hic etiam unus locus est, qui tantam tragœdiam excitauit hodie inter spiritus nostros sacramentarios, euersores pietatis, qui dum omnia ad spiritum referunt, ipsi spiritu dei sunt uacui. Quales sunt, talia effutiunt: mali corui, malum ouum: omnia inturbant, & nusquam sacra prophanis. Christus toto sexto capite apud Ioannem de esu spirituali, hoc est, fide disserit. Sine qua nemo deo placere potest. Hebræorum. 11. Peccatum est enim, quod ex fide non fit. Romanorum. 14. Igitur Christiani fide manducant carnem Christi, id est credunt Iesum Christum filum dei carnem factum, & in carne Christi se redemptos. Bibunt sanguinem domini spiritualiter, hoc est, credunt se Christi sanguine sanctificatos, hanc manducationem ubique exigit spiritus sanctus. Omnis enim, qui credit in eum, non condemnatur, sed habet uitam æternam. Ioannis. 3. Qui uero non credit, iam condemnatus est. Spiritualis manducatio est fides in Iesum Chri

Esus spiritualis carnis Christi est fides.

Christum crucifixum, quod factus sit nostra iustitia, sanctificatio & redemptio. De hac spirituali manducatione disserẽte Christo insipientes Iudæi & discipuli uerba ipsius carnaliter intellexerunt, putantes dilaniandam esse uiuam carnem dentibus, & ore adnoto sugendum e mẽbris eius sanguinem. Quos arguens insipientiæ indicat se non de tali esu & potu dixisse, sed de spirituali, imò obiurgans ipsorum ruditatem & insipiẽtiam, quòd carnales carnaliter intelligerent spiritualia. Spiritualiter, inquit, sunt accipienda uerba mea, non carnaliter. Caro nihil prodest, carnalis sensus nauci est, spiritualis uero frugi, nolo sic dilacretis dentibus meam carnem, sed ut credatis hac carne uos liberandos. Prior locus est de carne Christi, modis omnibus utili cunctis credentibus, quia est pro mundi uita. Ioan. 6. q, in hac carne habitauerit deus corporaliter. Colos. 1. Hæc caro, id est Christus caro factus fide editur, non lacératur dentibus. Posterior locus est de carne nostra, quæ quantum prosit & sapiat, abunde testatur Christus, dum eam reiicit. Non enim inquit, caro mea nihil prodest, sicut prius semper de carne sua loquutus, adiecto ubiq; pronomine, mea, sed spiritui opponens carnem, uocat spiritum uiuificatorem, carnem uero nihil prodesse. Animalis enim homo non accipit ea, quæ sunt spiritus dei. 1. Corinthiorum 2. In summa caro Christi uere est cibus, & multum frugifer cunctis fidelibus, at nostra caro obest maxime, dum non intelligit ea quæ sunt spiritus. Apage igitur ad geemo-

Manducationẽ spiritualem caro intelligit carnaliter.

Caro nihil prodest.

Caro Christi prodest credentibus.

ad Geemonias ſcalas cum nouitijs illis phreneticis pro phetaſtris, carne inflatis, Chriſti carnem irridentibus. Non loquitur eodem loci ne uerbum de edendo corpore ſuo, uelut in nouiſſima cœna, quod nec ipſum ſine fide editur à Chriſtianis, ut ut blacterent uani ſpiritus.

Corpus Chriſti non edunt Chriſtiani, niſi fide.

Quomodo iſta conuenirent doctori ueritatis, & qui eſt ipſiſſima ueritas, ut diceret nunc carnem ſuam uerũ eſſe cibum, & comedentem habere uitam æternam: mox uero contrarium inferret, carnem ſuam nihil prodeſſe? Intellige igitur poſterioren locum per antitheſim de noſtra carne, ſpiritu dei experti, quæ minime proſit, quòd non ſapit cœleſtia. Aut ſi admodum libet de Chriſti carne intelligere, ſic accipe Caro, id eſt, carnalis dilaniatio quæ tantum dentibus fit, de qua uos ſomniatis, nihil prodeſt. Spiritualis manducatio prodeſt, quia uiuificat. Et tamen non tollitur iſto uerbo corpus & ſanguis Chriſti in cœna, etiam ſi rumpantur Phanatici.

LXIII.

Hoc eſt corpus meũ. Matt. XXVI. Si dixerint. Ecce hic uel hic eſt Chriſtus, nolite credere. Mat. XXIIII.

Et hic locorum unus eſt, quo digladiantur ſacramẽtorum euerſores, inſaniſſimi homines, ſi modo homines ſunt. En inquiunt: Chriſtus prædixit fore, ut ſeductores monſtrent Chriſtum in pane &c. cum tamen ſedeat in cœlis ad dexteram dei patris, & non habitet

in manu

in manufactis templis. Acto. 17. Panis autem sit artoco-
pi manu formatus, deinde pistus, ob id non credendum
ipsis, non est in pane corpus Christi, sed in cœlis: ubi ui Contra sa-
dit Stephanus. Acto. 7. Bellos homunciones & θεο- cramenta-
μαχους, qui audent ipsam ueritatem mendacij argue rios.
re. An nostrũ inuentũ est, filij Belial, quod dicimus pa-
nem mensæ domini esse corpus Christi? Nónne ueritas
ipsa, quæ Christus est, dixit in nouissima cœna: Hoc est
corpus meum, quod pro uobis frangitur, panem porrigẽ
do? Nos haud effinximus proprio cerebro, nõ suximus
è digitulis, sed Iesum Christum simplicia uerba pronun
ciantem audimus, quem deus pater audiendũ è cœlis re
ligiose commendauit. Matth. 17. illius uerbo credimus
Hæc enim nullus Paparũ excogitauit, nullus hominum
somniauit, sed pontifex noster CHRISTVS IESVS
suo ipsius ore præfatus dixit in cœna de pane: Hoc est
corpus meũ &c. Et de calice: Hic est sanguis meus, quẽ
sequentes non ueremur idem dicere. Ipse caput & de-
us noster, ipsissima ueritas, non fallit nos, & minime se
ducit. Si dicimus poculũ domini esse Christi sanguinẽ,
ipsum imitamur, nõ noua confingimus, uelut falsarij isti
nobis impingunt, sed ueritatem fatemur. Alibi Matth.
24. Marci. 13. Luc. 17. & 21. solicitissime suos adhorta
tur Iesus, ne se sinant ab ullo uano impostore decipi, qui
populo insinuans Messiam illum dudum patribus pro
missum, nunc tandem ad populi liberationem exhibitũ
sese affirmaret, & carnale regnum, secaritatem uitæ, et

id genus Iudæis cum deſiderata, tum plauſibilia polliceretur. Ab eiuſmodi, inquam, pſeudochriſtis præmonet eos, q̃ regnum ſuum ſit ſpirituale, cœleſte & perpetuum, & non expectandum terrenum regnum, in quo ſit libertas & uoluptas carnis: quemadmodum Iudæi & hodie quidam ſomniarunt. Futurum eſt, inquit, q̃ multi pſeudochriſti ſurgant, & ſeducant multos. Tũ ſi quis uobis dixerit: Ecce hic Chriſtus, ecce illic, ne credatis. Si dixerint, Ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Audis præterea candide lector Chriſtũ hoc loci de falſis pphetis concionari, qui Chriſtum, hoc eſt, regnum Chriſti, ſalutem, & peccatorum condonationem externis rebus, locis, temporibus, atq; perſonis citra ueritatem uerbi dei alligant. Ignorantes dei iuſticiam, proprium conſtituunt iuſticiam. Contempto uerbo dei, ſuas indulgẽtias, monaſteria, remiſſiões, blattas, roſaria, miſſas, collegia, fraternitates, traditiones, & eiuſmodi idola erigunt, qui Chriſtum extra ſcripturas quærunt, qui aliam iuſticiam ſtatuunt, quam fidei, ij nimirum Chriſtum locis annectunt, id eſt, operibus ſuis attribuunt iuſtificationem, quæ ſolius Chriſti eſt. 1. Chorinth. 1. In ſumma, qui aliunde capiunt iuſtificari, quàm in ſanguine Ieu Chriſti filij dei uiuentis, ij dicunt: Ecce hic eſt Chriſtus &c. At qui ſacroſanctum panem cœnæ domini, corpus Chriſti confitentur, ij non ſunt pſeudochriſti, loquuntur enim ſecundum uerbum domini. Alias & ipſe Chriſtus falſus erat pro-

Chriſtũ alli gãtes locis.

pheta

pheta, qui prior dixit: Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus. Et Paulus erat falsus propheta, qui idem sentit quod nos, & tota uniuersalis ecclesia (quæ uno ore constanter, & ueraciter fatetur in mensa domini edi corpus Christi, & bibi eius sanguinem à fidelibus) falsa est? Qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidenter. Prouerbio. 10. Et qui iuxta eloquium domini ambulat, recte ambulat. Malumus cum Christo, cuius Euangelium annunciamus, esse pseudoprophetæ, quando tam uolupe est phreneticis, ueritatem filij dei blasphemare, ipsiusq; ministros tantis proscindere calumnijs, quàm cum ipsis pacis Christianæ interturbatoribus, doctores uocitari ecclesiæ. Nos uerbum Christi habemus, cui dũ attendimus, recte facimus. 2. Pet. 1. Christus accepit panem, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis, dicens: Accipite & comedite: hoc est corpus meũ, quod pro uobis frangitur, Hoc facite in mei memoriam. Idem & nos iuxta eius institutionem dicimus & facimus. Nõ alligamus locis Christũ, & regnum eius, sed credimus uerbo eius, quod non fallit, nec mentitur. Non dicimus: Ecce hic panis est Christus, sed tantũ simplicissime proferimus eadem uerba, quæ Christus in cœna protulit, & credimus & fatemur propter uerba Christi panem iam esse corpus Christi, non integrum Christum. Poculũ esse Christi sanguinem pro nobis effusum, non totum Christum, a- Aliud est Christũ. Aliud enim est dicere: Hic est Christus, et hoc Christus, aliud corpus est corpus Christi. Nõ idẽ est Christus, et corpus Christi. Cum

ſti. Cum dico: Ecce hic eſt Chriſtus, ſignifico totum Chriſtum, id eſt, regnum Chriſti, & quicquid ad Chriſtum regnumq; ipſius pertinet, eſſe in loco. Velut cum dicerem: Cæſar agit in Hyſpanijs, intelligo totum regnũ & exercitũ Cæſaris uerſari in Hyſpanijs, non ipſum ſolum. Sic quando dico: Hic eſt Chriſtus, intelligo totum Chriſtum cum uniuerſis & bonis & donis, iuſticia, pace, gaudio, remiſſione peccatorũ, gratia, & ueritate hoc loci uerſari. Aliud uero eſt cum dico: Exercitus Cæſaris agit in Hyſpanijs: Nam exercitus non eſt totus Cæſar, ſed pars Cæſaris. Ita quãndo dico: Hoc eſt corpus Chriſti, ſignifico partem Chriſti illic eſſe, non integrum Chriſtum. Corpus Chriſti non eſt regnum Chriſti, aut totus Chriſtus, ſed pars regni Chriſti. Itaq; uides haud pugnare iſtos locos: Hoc eſt corpus meum, & Ecce hic eſt Chriſtus &c. Chriſtus per mortem ſuam ſpirituale regnum auſpicaturus, noluit regnum ſuum, hoc eſt ſe locis, temporibus atq; perſonis alligari, & in elementis huius mundi quæri, ſed in ſpiritu & ueritate adorari. Libertatis eſt regnum, non ſeruum atq; captiuũ. Erant igitur uehementer, qui captiuare uolũt Chriſtum, & locis adſtringere. Quapropter admonuit pius magiſter noſter Chriſtus, ne audiantur eiuſmodi pſeudoprophetæ: qui ſine uerbo domini, pſonis, temporibus, aut locis annectũt Chriſtũ. Nõ aũt ait: Nolite credere ijs, qui iuxta ucrbũ & inſtitutionem meam in mensa domini panẽ corpus Chriſti manducandũ miniſtrant, qui po

Regnum Chriſti non eſt captiuũ.

culum

poculum domini sanguinem eius pro uobis effusum prædicant, horum nihil monuit. Ipse enim prior dixit: Hoc est corpus meum &c. Hic calix nouum testamentum per sanguinem meum, qui pro uobis effunditur, & non tantum dixit, sed & nobis commendauit, Hoc facite, inquiens, in mei commemorationem. Sed isti boni uiri minime discernunt inter Christum & corpus Christi. Idem uidet ipsis corpus & Christus, pars & totũ, Cæsar & exercitus, excæcati & spirituali iudicio carentes, fingunt sibi dissonantiam, quam fingere possunt, probare non possunt, inquietam habent conscientiam, nunc huc, nunc illuc fluctuantem. Persuasum enim habeo omnes illos prophetastros nunquam certos & securos esse in conscientijs, sed dubitare aliquoties, an uera sint quæ scribant, loquantur & sentiant, expertus loquor. Nam & ipse conuersatus inter eos, laborabam hoc morbo, sed dominus noster Iesus Christus misertus mei, reuocauit me ab errore isto. Vtinam & ab alijs reuocet deinceps, si lapsus fuero. Faxit deus, ut & ipsi redeant ad mentem per dominum nostrũ Iesum Christum. Amen.

LXIIII.

Omne quod uenit ad me, non eiici am foras. Ioan. VI.

Non est uolentis, neq; currentis, sed miserentis dei. Roma. IX.

Qui hos locos pugnare dixit, cæcus est in legendis literis sacris, iudicat quod nescit, discernit qd' nõ uidet, at tamẽ magister esse uult, & magnus haberi. Arripit locũ aliquẽ è medijs biblijs, quo detorto suo sensui seruire cogit, negligens, id qd' uel præcedit, uel statim sequitur. Qualiter faciũt iusticiarij in illo loco Ionæ. 3. Vidit deus opera eorũ &c. mox ad operũ iustificationẽ rapiunt, neglecto quod paulo ante dixerat. Crediderũt uiri Niniuitæ domino &c. Ex fide proueniũt bona opera, quæ respicit deus: quod ex fide non fit, peccatũ est. Ro. 14. Ita etiam hic lib. arb. assertores hoc tantũ uiderunt. Omne quod uenit ad me, quasi penes nos sit accedendi potestas, sed quod præcedit. Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, & nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Non cernunt uanissimi scripturarũ lacerratores, diuellentes quæ debent perpetuo cohærere. Rursus connectentes, quæ separanda erant. Christus illic apud Ioannẽ non alia dicit, q̃ quæ Paulus Romanis scribit, nihil interest inter utranq; sententiam. Nemo uenit ad Christum, nisi fuerit ei datum à patre, nisi quem traxerit, & cuius miseretur cœlestis pater. Miserentis dei est, non uolũtatis humanæ, si uenimus ad deũ. Salus nostra non in potestate hominis, sed in manu dei omnipotentis reposita est. Ille quos uult, seruat, quos uult condemnat. Iustus est, & recta iudicia eius. Recipit filius dei Iesus Christus, quos ipsi pater tradiderit, & eorũ nullũ reijcit. Ioan. 17. Quos dedisti mihi pater, ego custodiui.

Contra lib. arb.

Electio est penes deũ.

ſtodiui. Qui citra electionẽ atq; uocationẽ dei, uult ad deũ pertingere, fur eſt et latro. Ioan. 10. Miſericordiæ domini opus eſt, ſi uenimus ad Chriſtũ, id eſt, credimus in filium dei, non uoluntas lib. arb. Scriptum eſt enim: Erunt omnes docti à deo. Ieſa. 54.

LXV.

Non ueni ut iudicẽ mũdum, ſed ut ſeruẽ mundũ. Ioan. XII. (Io. IX In iudiciũ ego ueni in hũc mundũ.

Chriſtus ueni ſaluare.

Chriſtus non uenit in hunc mundum, ut condemnet mundum, ſed ut ſeruet omnes credentes, prædicat uerbũ ſalutis, omnes uocat, omnibus offert gratiã, ad uniuerſos uenit uerbo ſalutis, cui attendentes, ſeruantur. Primus aduentus Ieſu in mundũ eſt ſalutaris, iucũdus, ſuauis, expectatus: tum enim non iudex, uelut in ſecundo aduentu, ſed ſeruator apparuit. 1. Ioan. 4. Pater miſit filium ſeruatorem mũdi. Euangelion quod attulit, eſt uerbum ſalutis & gratiæ: quod qui fide arripuerit, ſaluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Mar. 16. Hoc nimirũ eſt illud iudiciũ, in quod uenit Chriſtus, ut credentes ſaluentur. Impij qui nolũt credere, pdantur. Cæci peccatores dãnati, & corã mundo deſpecti, et ignorantes dei, agnoſcant deum, & qui uident iuſti & ſapientes, cæci fiant, et magis excæcentur iuſto iudicio dei. Poſitus eſt enim in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſraël. Lucæ. 2. in lapidem offenſionis &

In iudicium uenit Chriſtus in mundum.

petram ſcandali. 1. Pet. 2. Salutaris eſt credentibus, ex cæcatio & iudicium contemptoribus. Velut ſol lucidus ſplendet in orbe terrarũ, ut mundũ illuminet, non ut tenebras obducat & excæcet. Tamen haud pauci ad ſolis fulgorem excæcantur. Et plures lumen acœnſum tolerare non poſſunt, uicio oculorum. Ita Chriſtus in iudiciũ uenit in hunc mundũ, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. Non uenit mittere pacem, ſed gladium. Potior enim pars ueritatis impatiens, & ſuæ ipſorũ infidelitate turbata, diſſenſiones excitat contra Euangelion & miniſtros Chriſti. Illis uenit in iudiciũ & condemnationem, dum cæcis & eſurientibus in ſalutem & expectationem, ac petram refugij apparuit.

Sol illuminat & excæcat.

Gladiũ mittit Chriſtus

LXVI.

Si ego teſtimoniũ perhiberem de meipſo, teſtimonium meum nõ eſſet uerum. Ioan. v.

Et ſi ego teſtimonium perhibeam de meipſo, uerum eſt teſtimonium meum. Ioan. VIII.

Teſtimoniũ carnale damnatur.

Reijcit Chriſtus (Ioannis quinto) hominum carnale teſtimonium, humano more loquentium, qui de ſe magnificis uerbis gloriantur quidem, ſed plerunq; uana oſtentatione fumos uenditant. Mendaces enim ſunt filij hominum, ut fraudem faciant in ſtateris, ipſi

ipsi ex uanitate simul, Psalmo. 6. Omnis homo mẽdax, Psalmo. 115. Suo iudicio magni sunt & inflati, seipsos laudant, tument & extollunt, coram alijs quærentes gloriam ab hominibus. At Christus non ita: Ego, inquit, ab homine testimonium non accipio, non meipsum hominũ more commendo. Non quæro uoluntatẽ meam, sed eius qui misit me, Ioan. 5. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, Ioan. 7. Gloriam meam non quæro, Ioan. 8. minime ambio popularis gloriæ fumum. Opera quæ facio, testantur de me, quòd pater miserit me. Et qui me misit pater, ipse testatus est de me. Ioannes quoq; fert de me testimonium, quemadmodum etiam scripturæ. Si ego solus uelut priuatus homo, meipsum magnificis uerbis commendarem auribus uulgi, testimonium meũ esset ementitũ, ac nullius ponderis. Scriptum enim est: Prædicet te alienus, non os tuum, peregrinus, non labia tua. Prouerb 27. At quia non simplex homo sum, sed unum cum patre, uerus deus & homo, lux mundi atq; sal terræ, ipsa ueritas, quoties de me testatus fuero, uerissima sunt quæ dico, non mentior, non fallo, spiritualiter iudico & testor, non carnaliter meis affectibus seruiens: ad eum modum loquitur Ioan. 8. Et ego si testimoniũ, perhibeam de meipso, uerum est testimonium meum, id est, quia dei filius sum, mentiri non possum.

Christus patris gloriam ubiq; quærit.

Laus propria sordet.

LXVII.

Non possum ego ex meipso facere

quicquam. Ioan. v.

Nemo tollit animã meam, sed ego pono eam à meipso. Ioan. x.

Christus à patre pendet.

Iterum loquitur uelut homo imbecillis & infirmus ab alieno auxilio pendens, quando inquit se nihil posse à se ipso facere, patri dans gloriam, & declarans q; eadem sit operatio, uoluntas atq; potentia patris & filij: omnia reijcit in deum, per quem se omnia posse affirmat. Velut Paulus quoq; fecit, magistrum suum imitatus. Omnia, inquit, possum per Christum, qui me corroborat. Philip. 4. Vide quantum se humiliet Christus deus noster, forma serui sumpta, & figura repertus ut homo, seipsum exinaniuit, ut dicat se nihil posse & in cruce clamat se derelictum, in tantum pendet à patre, in quem solum suspicit. Deinde quando solus

Christus solus animã ponit.

animam ponit et nullus aufert citra ipsius uoluntatem, disce diuinam uirtutem in Christo, qui potestatem habet ponendi animam, & potestatem rursus sumendi, ne furiosi Iudæi gloriari possint, se occidisse Iesum dominum gloriæ. Ipse semetipsum uolens tradidit in mortem, teste propheta: Oblatus est, quia ipse uoluit. Iesa. 53. Quod & de se prædixit. Ioannis. 2. Destruite templum hoc, & in tribus diebus erigam illud. Et in cruce: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. Idem Apostoli prædicarunt. Acto. 2. Hunc definito consilio & præscientia dei traditũ &. Acto. 3.

Deus

Deus quæ prænunciauerat per os omnium prophetarum suorum Christum passurum, impleuit sic. Actor. 4. Conuenerunt ad faciendum quæcunq; manus tua & consilium tuum prius decreuerat ut fierent, & uelut sua sponte seſe obtulit in supplicium mortis, ita quoq; propria potentia semetipsum excitauit à mortuis, ut filium dei se declararet magnifica uictoria.

LXVIII.

Voluntati illius quis resistit? Roman. IX.

Vos semper spiritui sancto resistitis. Actor. VII.

Deo nemo potest resistere,

Quod Paulus dicit neminem posse diuinæ potestati resistere, de omnipotenti, impermutabili ac æterna ipsius uoluntate intelligendum est, qua creat alios uasa misericordiæ, alios uasa iræ, id est, aliquot eligit & sanctificat ab æterno, aliquot reijcit & excæcat. Miseretur cui uult, & quem uult indurat. Prouerbiorum. 16. Omnia facit dominus propter se, etiam impium ad diem malum. Huic uoluntati dei nemo poterit resistere. Velut lutum figulo non contradicit, ita & creatura dei uoluntati resistere nequit. Stabit enim consilium domini, et omnis uoluntas eius fiet. Iesaiæ. 46. Non sistitur ulla potentia, nec flectitur tyrannide, neque remoratur ullis obstaculis.

Impij

Impij resistunt deo.

Impij uidẽtur quidem uoluntati ipsius resistere, dum se opponunt ueritati & ministris eius, dum uerbum domini supprimere et prophetas perdere moliuntur (quẽ admodum Stephanus pertinaces Iudæos obiurgat. Act. 7.) sed nihilo plus promouent, quàm si dent operam ut cum ratione insaniant. Non est enim sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Pro. 21. Magnus est dominus deus noster. Omnia quæcunq; uoluit fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Psalm. 134. Si plura desideras, lege quæ supra locis. 57. annotauimus.

LXIX.

Omnis qui petit, accipit. Mat. VII. Petitis & non accipitis. Iacob. IIII.

Oratio fidei exaudiuntur.

Hæc est fiducia quam habemus apud deum, inquit sacer ille Christi scriba, quod si quid petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. 1. Ioan. 5. Et Christus Ioannis .16. Quicquid petieritis patrem meum sub nomine meo, dabit uobis. & Marci. 11. Dico uobis, Quecunq; orantes petitis, credite quòd accipitis, & erunt uobis. In fide orandum est, & iuxta uoluntatem dei, non contra uoluntatem domini, alioqui nos ipsos mendaces facimus, qui orantes dicimus: Fiat uoluntas tua Si fide petierimus, exaudit nos, alias non. Fides enim non orat contra dei uoluntatem. Iacobus autem scribit contra quosdam uanos murmuratores: Petitis & non accipitis. Cur uero repulsam patiantur, ipse mox subnectit

nectit: Eo quòd male petatis, ut in uoluptatibus uestris insumatis. Id est. Deus omnipotens non exaudit clamores uestros, quia non oratis ex fide, sed contra uoluntatem dei, in uestram uoluptatem. Deus non acceptat preces contra uoluntatem et uerbum ipsius effusas, quæ fiunt in uoluptatem carnis, sed eas tantum audit, quæ fiunt iuxta consilium ipsius, quando ipsi tribuitur gloria. Impiorum uero preces potius clamor sunt & inutiles labiorum strepitus quàm oratio, ideoq; non audiuntur, & Dauid precatur Psalmo. 108. impiorum orationem fieri peccatum.

Orationes carnales nõ exaudiũtur

LXX.

Vnica oblatione perfectos effecit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Hebr. x.

Suppleo quod deerat afflictionum Christi in carne mea pro corpore ipsius. Colossen. 1.

Christus Iesus unica corporis sui oblatione sanctificauit omnes credentes in perpetuum. Nobis natus & datus. Iesaiæ. 9. ut quotquot reciperent eum, acciperent potestatem filios dei fieri. Ioann. 1. Sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Ioan. 3. Semel oblatus est ut multorum peccata tolleret.

Christus unica morte redemit omnes.

tolleret. Heb. 9. Semel pro peccatis nostris passus fuit. 1. Pet. 3. Semel mortuus est, iam non moritur amplius, Rom. 6. Quid multis? Christus unico mortis supplicio, redemit uniuersos credentes ab æterna morte. Et ipse est propiciatio pro peccatis nostris, nō pro nostris aūt tantū, sed etiam pro totius mundi. 1. Ioan. 2. Sicut enim Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportuit filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam, Ioan. 3. Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem ac uictimam deo in odorem bonæ fragantiæ, Ephe. 5. Sanctificati in q; sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel per actam. Hebr. 10. An plura requiris testimonia? Lege Isaiam cap 53. Iam quod Papistæ & noui quidam impostores, ex illo loco Pauli Col. 1. Suppleo quod deerat afflictionum Christi etc. rugium Christi mortem non satis fuisse pro abolendis peccatis omniū credentium, sed Apostolos, matyres, sanctos cōsummasse defectum, id est, ipsos quoq; pro expiandis peccatis nostris tulisse mortis supplicium. Deinde etiam nos supplere, quod deerat, horrenda est blasphemia passionis domini nostri IESV Christi, & conuicium in spiritum ueritatis. Moriendum erat Apostolis & martyribus, quando constitutum erat hominibus mori, sed mors eorum non liberauit ipsos à morte perpetua, non placauit iram patris, non est redemptio piorum, sed tantum innocentis mortis tessera, aut Christianæ doctrinæ sigillum, potius fores aperu

Christū non satisfeciſſe pro pctis oīm credētiū, blaſphemia eſt.

Apli et ſcti non mortui ſunt p̄ peccatis nr̄is.

res aperu

res aperuisset ad mortem, nisi prius Christi morte fuissent redempti. Sola igitur Christi mors eripuit nos à morte perpetua, totum debitum persoluit pro nobis, qui non eramus soluendo, non reliquit nobis partem soluendam uelut infernales furiæ relatrent. Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. 1. Ioannis. 1. Ipse solus est dilectus patri, in quo sibi complacuit. Nulla mors grata patri, nisi filij sui unigeniti, in quo solo dilecto, dilectos nos sibi reddidit. Ephesior. 1. Nihil igitur horum agit Paulus, quod oportuerit sanctos defectum redemptionis nostræ complere, uelut malesani homines Apostolo imponunt. Sed agnouerat Paulus Christianos affligendos & trucidandos pro nomine Iesu. Deinde Christianorum afflictiones esse Christi, iuxta illud: Qui tangit uos, tangit pupillam oculi mei. Zachariæ. 2. Et quod uni feceritis de minimis meis fratribus, mihi feciſtis. Matth. 25. Quando etiam sibi Paulo adhuc persecutori dixerat uox dei: Saul Saul quid me persequeris? cum tamen Ecclesiam persequeretur. Restabāt igitur adhuc passiones aliquæ, nondum passæ à capite Christo, passurus easdē membris suis, id est sanctis. Oēs enim qui pie uiuere uolent in Christo persecutionem patientur. 2. Timoth. 3. Et Christus dicebat: Si me persecuti sunt et uos persequentur. Ait itaq; Paulus, se nunc adimplere quod deerat passioni Christi, id est, consortem fieri adflictionum Christi. 1. Petri. 4. conformē imagnis filij dei. Rom. 8.

Mors Christi sola patri grata.

Christianorū afflictiones sunt Christi.

Christiani affligendi.

Paulus cōplet defectū passionis Christi.

pati

pati quod nondum passum erat, & ursum suum consummare, supplere quod deerat, quod sibi impositũ fuerat, ad quod ipse ordinatus fuisset, adfligi pro ecclesia, quæ est corpus Christi. 2. Timot. 2. Omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria æterna. In carne mea inquit, ego suppleo quod deerat, ad quod me uocauit atq; ordinauit dominus, qui cruce ecclesiæ suæ reliquit, cuius & ego particeps factus, consummo uocationẽ meã. Non autem dicit: Ego suppleo redemptionem generis humani, quemadmodum debuerat dixisse, si uera esset illorum sententia. Tantum inquit se passionem adimplere, & pati pro fratribus ut confirmentur in Euangelio. Aliàs enim ipse errorem eorum suggillat, quum inquit: Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati fuistis? 1. Chor. 1. In summa, nemo sanctorum confregit infernum, uicit mortem, deligauit Sathanam, conculcauit peccatum, emeruit nobis regnum dei, nisi solus Iesus Christus, per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius. Ephesior. 1. Coloss. 1. & non per mortem Apostolorum & Martyrum. Christi adflictio & mors est salus credentium, nõ Apostolorum, Prophetarum aut Martyrũ mors.

Paulus non cõp leuit redẽptionem.

LXXI.

Prædicate Euangelion omni creaturæ. Marci. XVI.

Ne

Ne proieceritis margaritas ante porcos. Matth. VII.

Euangeliũ prædicandũ oĩ creaturæ

Præcipit dominus Ieſus diſcipulis ſuis prædicare Euangelion omni creaturæ, hoc eſt palam, non tam Iudæis, ſed & gentibus, quod omnes ſub cœlo audiant Euangelion, ut ſi omnes creaturæ habeant aures audiẽdi, audiant hoc lætum & ſalutare nuncium redemptionis humanæ, & nemo ſit qui excuſare poßit, nondum apud ſe ſparſum hoc diuinum ſemen, neq; intonuiſſe cœleſtem illam doctrinam. Hinc Paulus è Pſalmis ait: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Pſal. 18. Roma. 10. & Coloſ. 1. Euãgelion prædicatũ eſt apud uniuerſam terram, quæ ſub cœlo eſt, id eſt, ubiq; percrebuit, nuſquam non auditæ ſunt uoces Euangelij, & prædicatio de Ieſu Chriſto intonuit in orbe uniuerſo. Quid uero ſibi uult, quando prohibet ſanctum dare canibus, & margaritas ſpargere ſuibus? Nam ſanctum & margaritæ ſignificant Euãgelium Ieſu Chriſti. Hoc uult ubiq; concionandũ Euangelion, niſi ubi uideritis tantum canes, id eſt, perſecutores uerbi, ac porcos, id eſt, contemptores, & nullas omnino aures, tunc tacendum erit. Matth. 7. ne canes uertim uos, lacerent uos, & porci conculcent margaritas pedibus ſuis. Prouerb. 9. Qui caſtigat ſubſannatorem, ignominia adficietur. Et corripiens impium contaminabitur. Ne corripe ſubſannatorem, ne oderit te. Si corri-

Sanctum. Margaritæ.

Canes. Porci.

Euangeliũ nõ cõmunicandũ contẽptoribus.

pueris ſapientem, diliget te. Da ſapienti, & ſapientior erit, & Prouerb. 23. Auribus ſtulti ne loquaris: contemnit enim prudentiam ſermonis tui. Verum ſi canibus atq; porcis mixtæ fuerint oues, quæ libenter audiunt uocem ueri paſtoris, minime tacendum erit. Sic Chriſtus prædicauit præſentibus phariſæis, ſed propter turbam. Quando uero uidit omnino fore abſq; fructu, abiit, & dereliquit eos. Acto. 18. Cum Paulus prædicaret Corinthi, & multi reſiſterent ei: dixit dominus nocte per uiſionem Paulo: Noli timere, ſed loquere, & ne taceas, propterea quòd ego ſim tecum, & nemo adorietur te, ut affligat te: quoniam populus eſt mihi multus in hac ciuitate. Iam uides iſtos locos minime pugnare.

Euangelion ubiq; prædicandum.

Prædicandum eſt Euangelion omni creaturæ, nuſquam non publicæ, ac priuatim, in luce, in tenebris, ſecreto & in propatulo atq; in tectis. Vbi uero deprehenderis canes & porcos in grege, præterea nihil, tace potius, & ne ſparſeris ultra margaritas ante porcos. At quando uideris ab aliquibus recipi uerbum, propter illos prædica: coram ſolis canibus non prædica. Audis Chriſtiane lector uocalem prædicationem, & externum uerbũ precipi, ne igitur contempſeris: hoc enim medio plerunq; illabitur ſpiritus ſanctus. Ne audias nouitios prophetas ab ſcriptura & prædicatione externa reuocantes ad uoces cœleſtes, ad ſomnia & uiſiones. Sathanæ hoc commentũ eſt, quo inuadit te, ut deijciat à ſimplicitate erga Chriſtũ. trãsfiguratur in angelũ lucis, quærit occaſionem

Vocalis prædicatio neceſſaria.

sionem perdendi te, apparauit decipulam. Vigila igitur et ora. Deinœps liberius occurremus furori pseudoprophetarum, scripturas irridentium.

LXXII.

Deus uult oēs saluos fieri. 1. Tim. II
Pauci sunt qui saluātur. Luc. XIII.

Saluare.

Obserua uerbum saluare non semper significare æternam salutē consequi, sed sæpius pro seruare, protegere, asstodire, succurrere & adiuuare sumi, uelut Psal. 35. Homines & iumenta saluabis domine. Hoc est nutris, adiuuas & conseruas homines & animalia, pascis uniuersa: nemo est qui seruet, nutriat, pascat, nisi tu solus, qui sinis solem oriri super bonos atq; malos. Matthæt. 5. Qui das escam omni carni. Psal. 135. Sic accipitur Matthæi. 24. Nisi decurtati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Hoc est, perirent uniuersi homines, & ne ullus superstes ac saluus remaneret. Item Matthæi octauo: Salua nos, perimus, id est, adiuua, ne submergamur. Deinde Matth. 27. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, id est, adiuuit multos & seruauit incolumes, seruet nunc seipsum à morte. Sic Mar. 6. Quotquot tangebant eum, salui fiebant. Ita hic deus uult oēs saluos fieri, de salute cōmuni, & corporali intelligendū est. q. d. Apostolus: Orate p regibus et principibus, ut quietā et pacificā uitā degamus. Nā hoc bonū & acceptum est coram deo, qui auctos uult

ſaluos fieri, qui reges, principes, & uos ſeruat, fouet, atq; nutrit, ſalutem & pacem indulget: huic ſenſui ui detur cogere totus contextus. Inde etiam ſaluari pro æternã ſalutẽ conſequi, benedici, & iuſtificari transſumi tur, quam ſpiritualem ſalutem pauci aſſequuntur. Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi. Arcta eſt porta quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt illam, Matth. 7. Puſillus eſt grex Chriſti, Luc. 12. Ieſaiæ. 10. Si numerus filiorum Iſraël fuerit ſicut harena maris, reliquiæ duntaxat ſaluæ erunt. Pſalm. 11. Defecit ſanctus, & diminutæ ſunt ueritatẽs à filijs hominum. Alij interpretantur priorem locum ad hunc modum: Deus uult omnes ſaluos fieri, id eſt, ad omnes uenit uerbo ſuo, omnes inuitat ad ſe, nullos excludit atq; reijcit, qui uocatione declarat ſe omnium ſalutem uelle. Quẽ admodum alibi inquit: Nolo mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat, Ezech. 18. Et non ueni, ut iudicẽ mundum, ſed ut ſeruem mundum. Ioan. 12. At q, maior pars uerbum contemnit, & non ſaluatur, ſecretum eſt dei iudicium, adorandum potius, quàm inueſtigandum, & cum Dauide dicendũ: Iuſtus es domine, & rectum iudicium tuum.

Pauci ſaluandi.

Deus uult omnes ſaluos fieri.

LXXIII.

Qui uicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo. Apoca. III.

Sedere ad dexteram non eſt meum

dare

dare, ſed ijs continget, quibus paratum eſt. Marci. x.

Nihil diſsident iſtæ ſententiæ, ſi preßius introſpexeris. Quis uincit Sathanam, peccatum, mortem, infernũ? nemo hominum: ergo nemo ſedebit cũ Chriſto in throno ſuo, quia nemo uicit. Fortiores nanq; ſunt principes tenebrarum, quàm ut ab homine animali uincantur. Alter locus, qui eſt Matth. 20. aut Marci. 10. ad prædeſtinationem pertinet. Tantum electi ſaluantur, Roma. 8. Quos elegit, hos etiam uocauit, & eoſdem quoq; iuſtificauit. Elegit ſanctos in Chriſto ante conſtitutionem mundi. Ephe. 1. Illis dedit uincere peccatum, mortem, malignum, ſed in Chriſto. 1. Corinth. 15. Deo gratia, qui dedit nobis uictoriam per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum: & 1. Ioan. 5. Omne quod natum eſt ex deo, uincit mundum: & hæc eſt uictoria, quæ uincit mundum, fides noſtra. Illis paratum eſt regnum ab exordio mundi, Matth. 25. ij ſedebunt ſuper ſedes duo decim, iudicantes duodecim tribus Iſraël, Matth. 19. quia electi ſunt, et uincunt omnes aſſultus Sathanæ per Chriſtum, non ſuis uiribus, iuſticijs, aut operibus: ſed ſola fide in Ieſum Chriſtum. Vides ergo tantum credentium eſſe uictoriam & conſeſſum in throno dei. Quòd uero ait: Non eſt meum dare, intellige ſecundum hominem: nam ſolius patris eſt electio, idq; in filio Ieſu: ſemper tribuit patri gloriam, ſicut & Matthæi

Nemo uicit Sathanã, niſi Chriſtus.

Electi tantũ ſaluãtur.

Victores tenebrarum.

Sedere ad dexteram quorũ ſit.

thæi. 25. inquit: Venite benedicti (non mei aut aliorũ) ſed patris, poßidete regnum paratum uobis ab exordio mundi.

LXXIIII.

In Chriſto omnes uiuificabuntur. 1. Corinth. XV.

Filius quos uult uiuificat. Ioan. V.

Mors triplex.

Tripliçm mortem eſſe ſcripturæ nobis prodiderũt, Carnis, Fidei, & ſalutis. Carnis mors eſt, cum uita animalis abrumpitur, cum exhalamus ſpiritum, & defungimur hac uita animali. Fidei, quando in impietate ſubmergimur, ut deum non aremus, & ueniam haud deprecemur. Salutis, quando æternis tenebris mancipamur, quæ dicitur mors æterna. Deinde quoq; triplex eſt uiuificatio, aut reſurrectio. Prima eſt carnis, quoties ſermone dei excitantur mortui ad uitam priorem: De qua loquitur Chriſtus, quando ait: Sicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat. Ioan. 5. Id eſt filius, quia eandem habet potentiam cũ patre, excitat defunctos ad uitam priſtinam quos uoluerit, non minori uirtute quàm pater. Altera eſt uiuificatio, ſeu reſurrectio ab infidelitate, id eſt morte peccatorum, quæ fit, quoties impij per Euangelion excitantur ad uitam iuſticiæ, id eſt conuertuntur ab impietate ad fidem, ut credant in Ieſum Chriſtum. Corde enim creditur ad iuſticiam. Rom. 10. &, Iuſtus in fide ſua uiuet. Abac. 2.

Viuificatio triplex.

Abac.2. Eius resurrectionis meminit Christus, cũ inquit: Amen amen dico uobis, quod ueniet hora & nũc est, quando mortui, hoc est gentes, impij, infideles, audient uocem filij dei: & qui audierint, uiuent. Ista resurrectio est fidei iustificatio. Tertia uiuificatio est ad salutem æternam, quæ fiet in extremo die, tum suscitabuntur omnes, qui in domino obdormierunt ad uitam immortalem. De hac dicit Christus eodem cap. quo de alteris duabus disseruit. Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius, & prodibunt qui bona fecerunt in resurrectionẽ uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionẽ condẽnationis. Ioan.5. De eadem disputat Paulus per totũ fermè caput.1. Corint.15. maxime cum inquit: Quemadmodũ per Adam omnes moriuntur, ita & per Christum omnes uiuificabuntur: unusquisq; autem in proprio ordine, primitiæ Christus, deinde ij, qui sunt Christi in aduentu ipsius. Loquitur de nouissima uiuificatione, quemadmodum quoq; 1. Thess.4. Ipse dominus cum hortatu & uocæ archangeli, ac tuba dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primum: deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus, in occursum domini in aẽra, et sic semper cum domino erimus. Nihil itaq; controuersiarũ est. Christus de uiuificatione ad uitã mortalem loquitur, quã æque habet in sua potestate atq; pater, id qđ in Lazaro excitando, Ioan.11. in filia archisynagogi, Marc.5. in filio uiduæ, Lu.7. satis

Resurrectio carnis.

Christus suscitat mortuos.

cõmonſtrauit. Ait igitur: Filius quos uult uiuificat. Paulus uero de uiuificatione loquitur, quæ fiet in cõſummatione ſeculi, quando uniuerſi ad iudiciũ excitabimur. Omnes enim nos manifeſtari oportet cõram tribunali Chriſti, ut reportet unuſquiſq; ea quæ fiũt per cõrpus, iuxta id quod fecit, ſiue bonum ſiue malum. 2. Cor. 5. Iſta uiuificatio quoq; fiet per Chriſtũ, qui cum tuba deſcendet. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorruptibiles. 1. Cor. 15. Alij ad reſurrectionem uitæ, ut poſſideant regnũ paratum ab exordio mundi, Matth. 25. Alij ad reſurrectionem condemnationis, ut accipiant ultionem interitum æternum, quia Euangelio non obedierunt. 1. Theſ. 1. Ioan. 5.

LXXV.

Concluſit deus omnes ſub incredulitatem, ut omnium miſereretur. Roma. XI.

Qui non crediderit, condemnabitur. Marci. XVI.

Multis argumentis probauit Paulus in Roma. Omnes homines eſſe peccatores, tam Iudæos, quam Gentes, ut non haberet uniuerſa caro, unde glorietur de iuſticia ſua. Nam ſi mala arbor es, quomõ poteris bonos fructus proferre? In hanc charybdim & lernam malorũ coniecit nos deus, ut ad ipſum ſuſpiraremus, erumnas noſtras

nostra conspecta, nomen ipsius inuocaremus, de omnibus iusticijs atq; operibus nostris desperaremus, in nullam sanctitatem nostram sperantes, ipsi soli confideremus misericordiam eius implorantes. Sic ait Paulus: Deus omnes (per legis sententiam) sub peccatum, seu in credulitatem concluſit & tenet captiuos, ut nostri misereatur, beneuolentiamq; suam nobis exhibeat, qui nos ipsos non potueramus è uinculis eripere & salui ab ire, nostri misertus saluauit nos à peccatis in filio suo. Primum mortificat ut deinde uiuificet, deducit ad inferos ut reducat, confundit ut subleuet, condemnat ut saluet, non concluſit sub peccatum ut perpetuo retineret captiuos & condemnaret miseros, sed ut misereretur. Vides quàm breui uerbo Legem & Euangelium expreſerit Apoſtolus. Legem, cum ait: Omnes sub peccato concluſos. Euangelium cum addit: Vt omnium misereatur, quemadmodum & facit. Galat. 3. Concluſit scriptura omnia sub peccatum, ut promiſsio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus, id est, declarauit iniuſticiã & impotentiam noſtram ſcriptura, ut cogat quodammodo trementes et adflictos ad gratuitam miſericordiã dei in Criſto propoſitam, arrere. Lex pædagogus noſter fuit ad Chriſtum, ut ex fide iuſtificaremur. Nihil oberit fuiſſe peccatorẽ, quando nõ ſit iuſtus ſuper terrã qui non peccet, modo audias eum, qui dicit: Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut conuertatur & uiuat, & Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis &c.

Deus quare nos concluſerat ſub infidelitate.

Non cõdẽnabit incredulitas ſub qua concluſus eras olim, modo credas deinceps in filiũ dei, ubi hanc gratiã prædicari audieris, ne reſpuas perpetuo, ſed patrẽ inuoca per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Qui enim obdurat aures, nõ obedit Euangelio, nõ credit in Ieſum Chriſtũ, condẽnabitur. Qui agnoſcit peccata ſua & ueniã deprecatur, miſericordiã cõſequetur: at qui præfracte contemnũt ueritatẽ, neq; minis nec ꝓmiſſiõibus excitãtur, illis eſt Euangelion exceccatio, iudiciũ & mors. Sic ait Chriſtus: Qui crediderit ſaluus erit. Qui uero nõ crediderit condẽnabitur. Huc refer quæ ſuprã diximus locis. 65.

LXXVI.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Matth. vij.

Iuſto iudicio iudicate. Ioan. vij.

Iudiciũ temerarium & iniquũ ꝓhibetur.

Non prohibetur rectum iudicium in ſcripturis, ſed tantummodo temerarium, impium, inuidum, fauore aut odio corruptum, iniquum, cauſa non explorata. Chriſtus cum uetat iudicare, non iudicibus loquitur, ſed Chriſtianis & priuatis, uult ne condemnemus alios peccatores, quaſi nos ſimus integriores, ſed potius nos ipſos iudicemus. 1. Corinth. 11. & trabẽ noſtram è oculis noſtris eruamus prius. Luc. 6. Id eſt, ne detrahamus fratribus et ſiniſtre loquamur de ipſis, ne condẽnemus alios, damnãdi ipſi: ne leuia impingamus, ipſi grauioribus obnoxij, aut certe ijſdem. Vt ſi fur furem uelit carpere, aut latro blaſphe-

blasphemũ cõdemnare, istud iudiciũ prohibet deus. Rectum uero iudiciũ quod secundũ ueritatem fit, sepositis humanis affectibus, nõ modo non prohibet, sed etiã præcipit. Hinc enim iudices cõstituti sunt ordinatione diuina, ut iudicent hoïes secundũ legis præscriptũ, & causam dei agant nõ respicientes personã, sed solã causam considerent. Deut. 1. & 2. Para. 19. quos etiã ob id deos appellat scriptura. Exo. 21. & multis alijs locis. Rom. 13. Dei minister est. Pro. 16. Pondus & statera iudicia domini sunt. Leuit. 19. Iuste iudica proximo tuo. Zacha. 7 Iudiciũ uerũ iudicate. Psal. 57. Recta iudicate filij hoïm. Et Christus Ioan. 7. Nolite iudicare secundũ aspectum, sed iustum iudiciũ iudicate. In summa, rectũ iudiciũ mãdatur, iniquũ interdicitur. Aliud est spirituale iudiciũ ad doctrinã pertinẽs, quod similiter exigit spiritus sanctus. Matth. 7. Attendite à falsis prophetis etc. 1. Ioan. 4. Probate spiritus an ex deo sint. 1. Thessa. 5. Omnia probate. Et 1. Corinth. 2. Spiritualis omnia dijudicat.

Iudiciũ rectum præceptum.

Iudices ministri dei.

Dij sunt Iudices.

Iudicium spirituale.

LXXVII.

Orantes ne sitis multiloqui. Matthæi. VI.

Sine intermissione orate. 1. Thess. V.

Oratio est uehemens cordis desiderium impetrandi quippiam à deo. Longissime igitur absunt à precationibus, qui Psalmos non intelligendos, inani labiorũ strepitu, citra cordis desiderij personãt, qualis fuit hactenus

Oratio quid sit.

uniuer-

uniuersi clericatus, id est, unctorum nostrorum mutgitus, & eorum, qui sine ordine rosaria & psalteria, ut uocant, impræmeditato numerarunt potius quàm orarunt. Non est oratio coram deo, si absit mens. Iesa. 29. Populus hic me labijs honorat &c. Ob id Paulus recte interpretans, quid sit assidua precatio, inquit: In omni deprecatione & obsecratione orantes in omni tẽpore in spiritu, & ad hoc ipsum uigilantes cum omni sedulitate. Ephe. 6. Sit precatio perpetua, sed ea non fiat nisi in spiritu & ueritate, et cũ sedulitate. Iam Christiani semper orant, semper habent adfectos in deum erectos, semper esuriunt et sitiunt iusticiam, etiam quũ nihil ore perstrepuerint. Velut captiuus aliquis nunquã non libertatem sibi desiderat, etiã dormiens, edens aut bibens, & uelut infirmus semper sanitatem precatur, ita Christianus assiduo orat, etiam quando minus precari uidetur. Sunt enim Christiani pauperes spiritu, saturari cupientes et dissolui, ut uiuant cum Christo, sentiunt penes se non esse iusticiam, salutem & cœleste bonum, ob id continuo desiderant, non abit momentum quo non ad deum suspirent. Hoc uult scriptura, cum semper orare iubet, hoc est, adfectus in deum tollere, diffidere de propria iusticia & meritis, à solo aũt deo isthæc expectare. Qui enim uere orant, rem qua carent, precantur: nobis igitur iusticia dei usquã indesinenter orandũ, quo pertingamus ad thronum gratiæ. Atq; Christus uetat, ne simus uerbosi precando, uult ne gentium more loquaci

Orare sine intermissiõe.

Christiani semp orãt.

Semp orare quid sit.

Multiloquium in oratione prohibetur.

loquacitatem effundamus. Quia in multiloqio non deerit peccatum. Pro.10. Existimant enim Ethnici, quòd ob multiloquium suum exaudiantur. Deus corda intuetur, non labiorum motum. Iesa.1. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum dixit dominus? Amos .5. Auser à me tumultum carminum tuorũ, Matth.15. Frustra me colunt. Gentes prophanæ satis existimabãt precatum, si multa uerba in deprecando permurmurassent etiã si nihil è pectore manasset. Simplicitate gaudet deus, non simulato cultu. Possunt quidẽ uerba repeti, aut lõgior fieri oratio, quando spiritus accensus lumine gratiæ nõ posßit satis euehere et cõmendare dei maiestatẽ, sed gentiũ more, inquit Christus, ne sitis multiloqui, eæ enim nõ in deũ sperant, sed in βαττολογίαν, hoc est, loquacitatẽ suã. Sine fide accumulãt uerba. Christianos adiuuat spiritus & interædit pro ipsis gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8. orant spiritu & mente, non in hypocrisi & mendacio, uelut Ethnici, sed in ueritate. In summa. Christus uetat hoc loci, ne gentium & hypocritarum more præstemus eleemosynas, oremus & ieiunemus, qui non recto, sed sinistro oculo seruiunt, nõ candido pectore, sed præstigijs. Simpliciam oculum exigit & candidum pectus, non simulatum cultũ. Ioan.4. In spiritu & ueritate oportet adorare patrem.

Gentiũ orãdi mos.

LXXVIII.

Alter alterius onera portate. Ga. VI

Vnusquisq; onus suũ portabit. Ibid.

Multi

Multi sunt loci, nobis à quibusdam adsignati, quasi pugnēt inter se, quos nunquā attigissemus, nisi illi præscripsissent nobis. Eiusmodi ferme sunt ij duo e Galatis cap. 6. ubi Paulus primū ad charitatē hortatur Galatas, ne inflati sua tantū arent, proximorū rebus uel neglectis uel despectis: sed iuuent fratres, tolerent infirmos, subleuent pressos, aliorum peccata non proclament, ut solet liuor edax, sed œlent, quod charitatis argumentū est, quæ tegit delictorū multitudinē. 1. Pet. 4. Non traducit, & sic, inquit Apostolus, complete legem Christi, qui scilicet toties inculcauit charitatem, hanc unicā præcipiens & exigēs à grege suo, ut diligāt se mutuo. Iam qui diligit proximū, onera ipsius suffert: nō cōdemnat, sed suscipit: cōsiderans semetipsum, ne et ipse tēte tur. Deinde quod addit: unusquisq; onus suū portabit, idē est quod Roma. 14. scribit: Vnusquisq; de seipso ratiōnē reddet deo. Igitur non condemnemus alios, sed portemus onera infirmorū, & potius nos ipsos iudicemus, ne iudicemur à domino. 1. Cor. 11. Nemo pro altero defendet ad stygа, quisq; suā sarcimā baiulabit, de seipso responsurus iudici Christo. Qui fecerit iniquitatē, morietur in ea. Filius non portabit iniquitatem patris &c. Ezech. 18. Lignū ubi ceciderit, ibi erit. Eccle. 7.

Onera aliorū sufferenda.

Lex Christi est charitas.

Quisq; de se rationē reddet.

LXXIX.

Ne quid tuleritis in uiam, neq; uirgam, neq; peram, neq; panem,

neq;

neqꝫ pecuniam. Luc. IX.

Non portabitis in uia, niſi uirgam tantum. Marci. VI.

Chriſtus miſſurus diſcipulos ſuos ad prædicandum Euangelion regni, eximit illis omnem affectū rerum terrenarū & ſolicitudinē de craſtino, ne ſcilicet alia ſolicitudine teneantur, quàm prædicandi uerbi, nam ſi pecunia, pera, uirga aut pane eguerint, dominus prouidebit ipſis: ſi tranſilienda ripa, ipſe arabit baculū et tuebitur aduerſus uim hoſtilē, tantū ne anxij magis pro uirga q̄ uerbi arſu ſint ſoliciti, prohibet: quemadmodum facit dū prohibet, ne quē per uiā ſalutauerint. Luc. 10. Alioq̄ nihil refert, ſiue uirgā geſtent ſiue non, ſiue pecuniā portent ſiue non, modo curam harum rerū ponant, ſolū uetat, ne ipſi rerum ſuarū ſatagant, ne ad iter parent iſta quaſi non ſit prouiſurus eos, quaſi ſua ſolicitudine poſſint pellere euenturam neceſſitatem. Alioqui et Chriſtus pecuniam habuit, quam Iudas Iſcariotes portabat, & Paulus ex aulæis ſuis meratus eſt pecuniam, uerū animus non hæſerat in his, ſed in ſolo deo, quare etiam nihil defuit illis, quemadmodum deinceps interrogat diſcipulos: Quando miſi uos ſine ſaculo et pera & calciamentis, nunquid defuit uobis? Certe nihil defuiſſe audiuit, Luc. 22. Ita tu fac, ne deſere uocationē tuā. Iacta in dominum curā tuam, & ipſe te enutriet.

Nihil tuleritis in uiā.

Solicitudo tollenda.

LXXX.

Ieſus

Iesus morabatur in Iudæa, ac baptizabat. Ioan. iij.

Iesus nō baptizauit. Ioan. iiij.

Christus nemine bapti zauit.

Non legimus in tota historia Euangelistarū quenquā à Iesu Christo baptizatum, id enim muneris cōmiserat Apostolis, & Euangelista seipsum interpretatur, cū subdit: Quanquam Iesus ipse nō baptizaret, sed discipuli eius. Ioan. 4. Et tamen dicitur Christi baptismus. Nam Christus ipsum instituit, uerbo suo consecrauit, suo baptismate insigniuit, promissione adiecta sanctificauit, intus lauat pectora, hoc est, ipse dominus & magister huius sacrosancti lauacri baptizat spiritu sancto, purgat affectus, remittit delicta, quæ Ioannes de seipso prædixerat. Ego, inquiens, baptizo aqua ad pœnitentiam, Id est tantum lauo aqua & paro ad futuram iustificationē. At ille, qui post me uenturus est, fortior me est, cuius nō sum idoneus ut calciamenta portem. Ipse uos baptizabit spiritu sancto & igni. Matth. 3. Luc. 3. Intellige itaq; priorem locum, Iesus baptizabat, scilicet per discipulos suos & non per se, ut sit συνεκδοχή.

Baptismus Christi.

LXXXI.

Odio habebis inimicum tuum. Matth. v.

Diligite inimicos uestros. Ibidem.

Iudæis ex Aegypto proficiscentibus ad occupandam terram

terram Chanaan promiſſam à domino, ſcimus præceptum à deo, ut perderent Chananæos. Exodi. 23. & Deute. 7. ſed propterea non erant omnes inimici deuouendi et peraſſendi. Nam Philiſtæi, Moabitæ, Ammonitæ, & Edomitæ non minus impij, quàm Chananæi, excipiuntur, quos noluit à Iudæis perdi. Igitur nuſquã in tota lege reperies hæc uerba: Odio habebis inimicũ tuum. Apparet igitur Chriſtum phariſaicam traditionem retuliſſe, non ut probaret, ſed condemnaret, uelut annotauit noſter Philippus Melanchthon in locis theologicis. Phariſæi enim, ubi audierant proximum diligendum eſſe, ex oppoſito inferebant: ergo inimicus eſt odio habendus. Hanc phariſaicam doctrinam refellit Chriſtus, erudiens, Chriſtianis conuenire, ut omnes ament, cum amicos, tum inimicos: omnibus ex æquo benefaciendum & conſulendum, iniuriam nulli inferendum, remittendum lædenti, condolendum peccanti, eadem abunde inculcant apoſtoli. Paulus Rom. 12. Ephe. 4. Coloſ. 3. 1. Pet. 3.

Chananæi perdendi à Iudæis.

Chriſtianorum eſt patientia.

LXXXII.

Vide ne cui dixeris. Matth. VIII.
Narra quæcunq; fecerit tibi deus. Lucæ. VIII.

Quare leproſo interdixerit, ne ſanationem manifeſtaret, & alteri dæmoniaco præceperit enarrare magnifica dei, nolumus expliare. Sic ipſi placuit, qui hæc fecit, bona

cit, bona fuit uoluntas dei, nobis excutere haud licebit. Alioqui, cur reuelat paruulis sua mysteria, & celat sapientibus huius seculi? nisi quia bona sit uoluntas apud patrem. Matth. 11. sic complacitum est illi. Consulat potius Augustinum in concordia Euangelistarum, si quis curiosior erit.

LXXXIII.

Percutienti te in maxillam, obuerte illi & alteram. Matth. v.

Christus percussus à seruo pontificis, respondet: Si male locutus sum, testare de malo: sin bene, quid me cædis? Ioan. XVIII.

Qualis hic est doctor, præcipit alijs, quod ipse non facit? Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Nónne potest in ipsum torqueri illud: Mediæ cura te ipsum? Iubet ne malo resistamus, & alteram maxillã quoq; obuertamus percussa una. Ipse uero cum alapã accepisset à seruo summi pontificis, non modo non retrahit alteram, sed grauius quoq; obiurgat uapulantem. Quid hoc sibi uult? Quis hunc præceptorem toleraret, qui exigeret a discipulis quod ipse negligeret? Ad eum modum obstrepunt ranæ seriphiæ, impij Papistæ, & alia quædam fex. Nos uero dicimus, Christũ doctrinam suam opere complesse, & non tam alteram

Christus alterã maxillã præbuit percutienti.

maxillam

maxillam obuertisse, sed totum corpus dedisse peraute tibus. Iesa. 50. Nónne hoc est præbere alteram maxillã quum nunme resistitur aduersarijs? non desideratur umdicta, non regeruntur conuicia, non reperantur, non accusatur, sed patienter toleratur iniuria? uelut Christus facit, paratus grauiora ferre. Vnde Petrus: Qui cũ maledictis mæsseretur, non regessit maledicta, cum malis affiæretur, nõ minabatur. Sed tradidit uindictam ei, qui iudicat iuste. 1. Petri. 2. Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus corã tondente se mutus &c. Iesa. 53. Actu. 8.

Præbere alterã maxillam.

LXXXIIII.

Non ueni pacem mittere, sed gladium. Matth. x.

Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Ioan. XIIII.

Iesaias propheta Christum Iesum, principem pacis uocat, cuius imperium multiplicatur, & pacis non fiat finis. Iesaiæ. 9. Id est regnum Christi erit pacis & trãquillitatis regnum, sub quo omnia erunt læta & prospera, personabunt lyræ, chori, cantica, & omne gaudiorum genus, audietur uox gaudij, & uox lætitiæ, uox sponsi & uox sponsæ, erunt tubilationes & tripudia, nihil triste aut turbulentum erit in hoc regno. Et Hieremias æque magnifica et gloriosa prædicat. In diebus illis, inquit, saluabitur Iuda, & Israel habitabit confiden

Regnum Christi, regnũ pacis.

ter. Hiere. 23. Cesso multa congerere testimonia de pacifico Christi regno, quibus refertissimæ sunt literæ sacræ, cõtentus adhuc uno. Et erit opus iusticiæ, pax: & cultus iusticiæ, silentium & securitas in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Iesa. 32. Conflabunt gladios suos in uomeres, et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultro ad prælium. Iesa. 2. Deinde cum nasceretur Iesus Christus, æcinerunt angeli: Gloria in excelsis deo, & in terra pax, hominibus bona uoluntas. Pax sub Christo. Lu. 1. Isto tempore quoq; pacis specimen exhibitũ est, uelut Eutropius lib. 7. rerũ Romanarũ scribit. Apostoli quoq; crebrius Christũ uocant deum pacis. Ephe. 2. inquit Paulus: Ipse est pax nostra. Quomõ ergo conueniunt, q; scriptura regnũ Christi appellet regnũ pacis & securitatis. Ipse uero dicat se non uenisse pacem mittere, sed gladium? Deæpit Iudæos scriptura, non recte intellecta de regno Christi. Falsi sunt & hodie quidam nouitij spũs, qui adhuc somniant quandã securitatem, & regnum Christi corporale, quo regnet externa pax, uoluptas carnis, tranquillitas mũdana: sub quo regno nõ leuet gens gladiũ contra gentem, & conflentur gladij in uomeres, fiat unus pastor, & unum ouile, regnet pax temporalis. Hoc expectant etiã nunc Iudæi restitutionẽ regni sui, et nostri prophetæ tri, sed frustra, non intelligentes illud, quòd Christus corã Pilato apertis uer

Sehtwer meri.

tis uerbis confitebatur, inquiens: Regnũ meũ non est de hoc mundo. Ioan. 18. nescientes Christi regnũ esse spirituale, & non corporale aut terrenũ. Nam deus spiritus est Ioan. 4. 2. Cor. 3. Igitur & regnũ eius est spirituale, & omnia sub regno hoc sunt spiritualia. Ideoq; & pax est spiritualis. Hoc est securitas cordis & conscientiarũ (nõ externa uoluptas, sed potius afflictio) nõ erit metus mortis, peccati, sathanæ, aut inferni, sed bona uolũtas, gratiarũ actio, quãuis affligantur electi à mũdo, tamen habebũt fiduciã in domino, non cõmouebuntur, erunt gaudentes: quia habent coronã repositã & magnã mercedẽ in cœlis. Christus enim confirmat eos hoc uerbo: In mũdo afflictionẽ habetis, in me pacem: cõfidite, ego uici mundũ. Ioan. 16. Hæc est piorũ consolatio & pax, q, habent patrem in cœlis benevolentem.

Regnum Christi est spirituale.

Pax spũalis

Pax mundi est securitas carnis, impiorum & ueritatis hostium concordia, gaudium temporale, fructus uoluptatis, delitiæ seculi: quam pacem habuit ille qui dixit: Anima, habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude, Luc. 12. Aut ille purpuratus diues, qui quotidie epulabatur splendide. Lu. 16. Ista pace gaudent filij huius seculi: sed reuera non est pax, quæ mixtam habet amaritudinem, & tot curas, ubi plus aloes, quàm mellis adest: erumnis, quibus abũdat hic mũdus, refertissima. Istam pacem nõ tribuit Christus, sed mundus hanc dat, & cum libuerit rursus rũpit: breuis est ista pax et momẽtanea, ut quæ durat uix

Pax mundi qualis sit.

Pax mundi non est pax

Pax Christi. aliquot atomos. CHRISTI uero pax est perpetua, non desinit, non rumpitur, eius non erit finis, unde ait Christus apud Ioannem: Pacem meam do uobis, pacem meã relinquo uobis, non quomodo mundus dat, ego do uobis. Qui mea pace sunt prædicti, cum mũdo bellũ habẽt. Caro enim semper concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Gala. 5. Hismael semper persequitur Isaacum, & Esau Iacobũ, Cain Abelum. Non est consortiũ iusticiæ cum iniusticia, aut cõmunio luci cum tenebris, aut conuentio Christi cum Belial. 2. Cor. 6. Vnde ait: Non ueni pacem mittere, sed gladiũ, id est, separationem. Luc. 12. Nam ueni, ut dissidere faciã hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & sponsam aduersus socrum suam, & inimici hominis erunt ij, qui sunt domestici ipsius. Qui amauerit patrẽ aut matrem ultra me, non est me dignus &c. Hoc idem prædixerat antea Simeon: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël. Lucæ. 2. Pijs pacem adfert, impijs turbationem. Ii enim impatientes sunt ueritatis, nolunt ferre iudiciũ spiritus, ut sua damnentur: unde excæcati seditiones cõmouent ad opprimendum Christum, concitant alios aduersus ueritatem, ne uictriæ ueritate ipsi confundantur, sed nihil promouent. Omnia quæ loquitur populus iste coniuratio est. Iesa. 8. Fremunt & conueniunt aduersus Christum domini. Psalmo. 2. sed nihil proficiunt. Non est prudentia & consilium contra dominũ. Pro.

Nõ ueni pacẽ mittere, sed gladiũ.

Christus impijs uenit in iudiciũ.

Cõcilia malignantiũ.

21. Do

21. Dominus dissipat cogitationes eorum, quoniam uanæ sunt. Iam audis gladium stringi à contemptoribus superbis, & excæcatis. Pij enim pacis amantes, ferunt iniuriam, non conuiciantur, nõ excitant seditiones, ad patientiam hortantur. Impij rursus fremunt, insaniũt, cædem spirant, tragœdias excitant, & persequuntur pios, uelut paulante dixi: Hismael persequitur Isaacũ, & is qui secundum carnem natus, persequitur eũ, qui secundum spiritum natus erat. Gala. 4. Vnde ait Propheta: Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Non est pax impijs, dicit dominus. Iesa. 57. & Hiere. 12. Non est pax uniuersæ carni. Quid multis? extra Christum non est pax, sed tantum species et fumus pacis, qui euanescit euestigio, priusquàm recte apprehenderis: ea tantum pax nomine est, re nihil. Soli Christiani habent ueram pacem, etiam in medijs bellorum & afflictionum tumultibus, habent securam & bene munitam conscientiã uerbo domini aduersus peccatum, mortem, sathanam, infernum, mundum: sciunt oĩa sibi cõducere in bonum. Ro. 8. Mundis oĩa mũda, omnia sibi subiecta, nihil damnationis esse ijs, qui insiti sunt Christo, habere patrem in cœlis beneuolentem et propitium, cui curæ sit, qui foueat ipsos, è cuius manu non possunt eripi, & quid multis? Soli credentes agnoscunt & glorificant deũ. Ita est uera pax, quã mundus non potest dare, nec rumpere, solus deus lar-

Christiani pacifici.

Impij seditiosi.

Pax Christianorum.

gitur hanc, hæc ſola fide apprehenditur & conſeru-
Fide appre tur. Rom. 5. Iuſtificati fide, pacem habemus erga deũ per
henditur dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Hanc pacem Chriſtiani
pax. libenter alijs communicant, prædicant Chriſtum, pro-
mittunt remiſsionem peccatorum in ſanguine Chriſti,
charitatem exercent, non litigant, non contendunt, non
inſidiantur: ponũt iniuriam & cõuicia, nemunem offen-
dunt, nullos ſpoliant, ſed potius altos iuuant, de ſuis
Cõflare gla tribuunt, atq; hoc eſt conflare gladios in uomeres, po-
dios in uo- nere faſtum, inuidiam, & animum homicidam, ſuccur-
meres. rere aliorum inopiæ, ſeruire necessitati fratrum, nemi-
nem lædere, omne bellandi ſtudium in pacem uertere.
Si hanc pacem intellexiſſent olim Iudæi, non ſomniaſ-
ſent Chriſti regnum fore carnale. Igitur non eſt aliud re
gnum Chriſti expectandum, dudum enim cœptum eſt
in terris per Euangelij prædicationem, qua inuitati ſunt
omnes gentes ad iſtud regnum, & nos, qui primitias
ſpiritus accepimus, ſumus iam in eo per fidem, ſpem &
Regnum charitatem. In fine ſeculi conſummabitur & declara-
Chriſti cœ- bitur, quid ſperauerimus & crediderimus. Tum ſimi-
ptũ i terris les regi Chriſto erimus, & uidebimus ſicuti eſt. 1. Ioan.
3. Nunc uidemus per ſpeculum in ænigmate, tunc au-
tem facie ad faciem. 1. Corinth. 13. id eſt ueritatem poſ-
ſidebimus, non umbram; uere regnabimus & glorifi-
cabimur. Quæ igitur de pace ſub regno Chriſti prædicũ
tur à prophetis, ſpiritualiter non carnaliter ſunt accipi-
enda. Ea pax eſt in ſpiritu & mentibus piorum, ne

ſomnie

ſomniemus cum noſtris factioſis prophetaſtris quandã licentiam & tranquillitatem carnalem et mundanam, ut fiat unus paſtor & unum ouile iuxta ipſorum furorem. Fides generat eam ſpiritualem pacem per Euangelion dei. Qui audiũt Euangeliũ et credunt, hi habent pacẽ. quam pphetæ tã magnificis uerbis prædixerũt, Ea dicitur pax dei. Philip. 4. Coloſ. 3. quia ſolus deus tribuit iſtam, & Chriſtus uenit hanc mundo impertiri. Alteram uero, quæ carnis eſt, non uenit mittere, ſed potius dirimere, ut cum mundo & ijs, quæ ſunt ſeculi huius bellũ habeamus, et perpetuam diſcordiam, id eſt, non ſimus adfixi interituris rebus, cũ ſolo aũt deo pacem & concordiam habeamus per dominũ Ieſum Chriſtũ. Satis multa bona habebimus, ſi deum ipſum bonorum omnium authorem poſſederimus. Pax dei.

LXXXV.

Cum omnia feceritis, dicite: ſerui inutiles ſumus. Luc. XVII.

Nos ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Matth. XIX.

Docet Chriſtus paſſim nõ cõtingere iuſticiã ex operibus noſtris, nihil promouere bona opera, nullũ eſſe meritũ apud deũ patrẽ, ſed meram et gratuitam beneuolentiam atq; miſericordiam dei, quòd filij dei ſumus, purificati à peccatorum ſordibus. Epheſ. 2. Gratia eſtis ſeruati per fidem, idq; non ex uobis. Dei donum Meritũ nullum apud deum.

est, non ex operibus, ne quis glorietur. Et.2.Timo.1. Saluos fecit nos & uocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam. Titum.3. Non ex operibus quæ faciebamus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Vult ne gloriemur in conspectu dei de operibus & meritis nostris, sed ut humiliemur sub potenti manu dei, ut nos extollat cũ erit oportunũ. 1. Pet. 5. nihil agnoscamus nostrorũ operum, etiã quando omnia feciſſe nos putauerimus, quæ lege præcepta sunt, nihil meritorũ arrogemus nobis, sed soli diuinæ miserationi cõfidamus. At quòd Petrus de præmio interrogat, carnalis est quæstio, humano affectu prorũpens, nõ ælat caro naturam suam omnino, semper quærit sua, uult certificari de præmio priusq̃ adeat laborem. Gal. 5. Caro semper cõcupiscit aduersus spiritum. Nondũ totus erat spiritualis Petrus, dudũ enim ante hac audierat promissiones regni cœlestis, quæ forsan animo exciderant, igitur rursus interrogat. Cui respondens dominus inquit: Vos, q̃ secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et oĩs qui reliquerit domos aut fratres, aut sorores, aut patrẽ aut matrẽ, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meũ, æntupla recipiet in tempore hoc, & in seculo futuro uitã æternã. Id est, uos credentes habebitis lætam conscientiam, et delectabimini in multitudine pacis,

Humiliari nos decet.

Bona credẽtibus promissa.

cis, non affligemini fame, uerum bona terræ comedetis. Iesa. 1. Quoniam nõ est inopia timentibus eum. Psalm. 33. Non affliget dominus fame animam iusti. Benedictio domini super caput iusti. Benedictio domini diuites facit citra molestiam. Prou. 10. Tantũ quærite primũ regnũ dei et iusticiã eius, et hæc omnia adijcientur uobis Matth 6. suppetat uictus & amictus. Pietas enim ad omnia utilis est, ut quæ promissiones habeat uitæ præsentis & futuræ. 1. Timoth. 4. Vnde Dauid inquit: Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustũ derelictũ, nec semen eius quærens panem. Psalm. 36. Præter huius uitæ bona, quæ gustus sunt futurorum bonorũ, etiã æternã recipietis hæreditatem, quia dominus amat uos & promisit, & fallere non potest, non propter iusticias et æquitatem cordis uestri possidebitis regnum, sed propter dominum nostrum Iesum Christum.

Iustus non derelinquitur

LXXXVI.

Si quis expurgarit seipsum ab his, erit uas in honorẽ. II. Tim. II. Deus operatur omnia in omnibus. I. Corinth. XII.

Qui lib. arb. susceperunt defendendum & isto Pauli loco utuntur: Si quis expurgarit seipsum &c. Quasi mox emundare se possit homo cum audierit. Si quis expurgarit seipsum, aut, emundate. Cum sit oratio cõiũctiua, nihil operis aut uirtutis affirmãs siue negãs in homine

Contra lib. arb.

homine, sed præscribens tantũ quid operis & uirtutis in homine esse debeat. Et adhortatur Paulus, nõ tribuit homini lib. arbitr. & uim faciendi. Non enim mox expurgat se homo, ubi audierit se expurgandum à uasis contumeliæ: nec mox credit, quia iubetur credere, sed tantũ istis cõiunctiuis aut imperatiuis orationibus præscribitur quid fieri debeat. Legis sunt uerba, quæ uim faciendi minime præstant, sed tantũ exigunt, uelut abũde & diserte D. Martinus Luth. in libello de seruo arbitrio ad Erasmũ Roterodamũ explicat. Altera uero ratio: Deus operatur omnia, est indicatiua, quæ omnia deo attribuit & accepta refert, quòd deus sit omnipotens, qui operatur & faciat omnia in ommbus, quẽadmodũ etiam Propheta dicit: Omnia opera nostra operatus es in nobis. Iesa. 26. & Paulus alio loco: Deus est qui operatur in uobis uelle & perficere, pro bono animi proposito, Philip. 2. Nos sumus tantũ instrumẽta sub manu artificis, qui nos regit, ducit, mouet quo uult & ad quod uult, pro libito suo operatur, nos possumus nihil, sumus impotentes & mortua organa, nisi ille rapiat, ducat & moueat, quorsum respexisse uidetur Christus. Ioan. 5. Pater meus usq; modo operatur & ego operor. Id est regit, administrat, mouet, agit, in creaturis, quæ alioqui quiescerent & morerentur, nisi pater meus moueret, conseruaret & administraret eosdem sua prouidentia. Hæc supra locis. 49. copiose tractata sunt.

Deus operatur oĩa.

Pater

LXXXVII.

Pater ipſe facit opera. Ioan. XIIII. Multa bona opera operatus ſum uobis. Ioannis. X.

Nihil ſibi tribuit atq; arrogat Chriſtus, ſed omnia acepta ad patrem refert, à quo pendet totus, in quem ſolũ ſuſpicit, cuius gloriã ſolum quærit, id quod non ſe mel admonuimus, idemq; nunc facit quando ait: Pater in me manens, ipſe facit opera. Ego in patre ſum & pater in me eſt. Igitur quicquid ego loquor aut ago, nõ ex meipſo facio, ſed patris authoritate & conſilio, qui operatur in me, & uoluntatẽ ſuã exequitur per me. Cõmunia ſunt opera mei et patris, nihil facit alter ſine altero, eadem uoluntas et operatio eſt patris et filij. Nec aliud dicit Ioan. 10. cũ inquit: Multa bona opera oſtẽdi uobis ex patre meo. Et ſi nõ facio opera patris mei, no lite credere mihi, ſin uero facio, et ſi mihi nõ creditis, operibus credite, ut cognoſcatis et credatis, quòd pater in me eſt, & ego in patre. Auditis Schwermeri cacodæmonis ſatellites, quos Sathan ad internitionem Eccleſiæ piorum excitauit, Chriſti diuinitatem? Pater cœleſtis eſt in filio Ieſu Chriſto, & filius in patre. Ideoq; unũ ſunt pater & filius, unius naturæ, maieſtatis, eſſentiæ & potentiæ, cõmunia poſſident bona, cõmunẽ gloriam, cõmunis ſunt omnipotentiæ. Pater in filio operatur, filius in patre, neuter ſine altero.

Chrũs omnia attribuit patri.

In Schwermeros Chrĩ diuinitatem abnegãtes.

Erunt

LXXXVIII.

Erunt oēs docti à deo. Ioan. VI. Scrutamini scripturas. Ioan. V.

In scripturarum mastigas

Nunc etiam illorum errori pestilentissimo obuiandū est, qui sacrarum scripturarum lectionem ubiq; fastidiunt & amarulenter proscindunt. Non, inquiūt, oportet legis & scripturæ esse peritum, sed deo doctum. Etiam si millies peraurreris bibliorum lectionem, tamē non nisi scripturæ peritus euades, & nunq; deo doctus, uanus est labor qui scripturæ impēditur. Scriptura enim creatura est. Non conuenit Christiano numinum creaturæ addictum esse, Deum audire oportet, huius uoces è cœlo expectandæ ut eruditat. Beatus uir, inquit Dauid, quem tu eruditeris domine, Psalmo. 93. Aeque docet nos hodie atq; olim patriarchas & prophetas, uisi onibus, somnijs attendēdū, illis enim loquitur nobis deus.

Voces præstygiatorū

Si olim sanctis uiris loquutus est, aur nō & hodie nobis similiter loqueretur? Vox dei recte docet. Scriptura non est uerbum dei, sed mortua tantum littera, & inter alias creaturas reputāda. Ne putes ex scripturis te deo doctū iri, è cœlis illud expectandum erit, non è libris. Spiritus sanctus è supernis illabitur citra omne mediū, non p externum auditū & uocalē prædicationē seu scripturarū lectionē. Hæ sūt uirulētæ illæ uoces, quæ iactātur passim à qbusdā nouitijs spiritibus et prophetastris. Sed tu uide mi Christiane lector, cui pietas curæ est, quid hic moliatur per-

liatur perditißimus Sathan in satellitibus suis, ijdem mox urgebunt, non edendum, non bibendum, quia aliàs citra omne medium pascat nos deus, & poßit & uelit præter omnem cibum æque pascere aq; pane adhibito. Recte, potest quidem omnipotentia sua, sed non uult. Posset hominem creare citra uiri & mulieris congressum, sed non uult. Isti phrenetici spiritus omnipotentiæ dei leges præscribunt, imò deum cogere uolunt, faciat quod ipsis adlibuerit. Deus uult pane pascere, sic illi placuit, sic statuit, nec aliter uidebitur diuinæ maiestati. Copulauit maritũ uxori, qua commistione liberos generat, aliter haud uoluit. Quid igitur diuinæ ordinationi resistimus malesani? quid creaturas dei spernimus ipsi creaturæ? Scripturis uult erudire uelut organo. Externã rẽ esse scripturã quam legimus, audimus corporalibus auribus, nemo non nouit, etiam tacentibus spiritibus erroris. Ipse uero intus docet spiritu & gratia. Panis quoq; res est externa, edas millies, tamen nunq̃ saciabere, nisi ipse te nutriat uerbo suo. Deu. 8. Nõ in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei Vnde multos sane uideas opulentos ac rerum omnium abundantes, flaccescere, & omnibus uiribus deficere, qui dei benedictione carent, quibus deus cibandi panis actionem subtrahit. Leuit. 26. Comedetis & saturabimini. Coëas decem millies cum uxore, tamen nunq̃ generabis filios, nisi dominus tradiderit. Omnes craturæ sunt organa atq; laruæ dei, sub quibus tectus operatur,

Per media opatur deus

Panis non pascit sed deus.

Deus generat filios.

Creaturæ sũt organa dei.

quæ

quæ uult omnipotentia sua. Abijce creaturas, & creatorem abiecisti. Contemne scripturas, & scripturarum authorem deum reiecisti. Non dico te creaturis adiectum fidere, spreto creatore, sed uolo te in creaturis creatorē agnoscere, uenerari & quærere. In scripturis deū quære, nō te & tua, nam illic iacet obuolutus, quemadmodū puer Iesus in fascijs olim inuolutus erat. Huc te remittit Christus, quando inquit: Scrutamini scripturas, & illæ sunt quæ testantur de me, Ioan. 5. Vides scripturas Iesu Christi testes esse, uelut omnes creaturæ dei testimonia sunt. Amplexandæ sunt scripturæ quando deus sic statuit & uoluit, imò has relinquens tradidit legendas ut ex illis doceare uoluntatem dei. Quæcunq; enim præscripta sunt, in nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam & consolationē scripturarū spem habeamus, Rom. 15. Propter nos est scriptura, nobis donata, nobile & præclarum donū dei, hac uult docere, instituere, monere, terrere & consolari. Instrumentū dei sunt, quo infundit doctrinā cœlestē, uelut infusorio. Potens est citra scripturam docere spiritu suo, id quod aliquoties fecit, mauult tamē isthoc uti organo, maiestati diuinæ sic placuit per scripturas docere. Anathema sint, q̄ scripturas tanto fastu derident. Sed audiamus Apostolos quid super scriptura & uerbo externo sentiant. Diuus Petrus commendans eos qui scripturæ inuigilant. Habemus, inquit, firmiorem sermonem propheticum, cui tum attenditis, ceu lucernæ apparēti in obscuro loco, recte facitis,

In scripturis deus quærēdus.

Scripturæ instrumentum dei.

Scripturæ dignitas.

citis, donec dies illuæſcat, & lucifer exoriatur in cordibus ueſtris. Si illud prius noueritis, quòd omnis prophetia ſcriptura nõ ſit priuatæ interpretationis. Non enim uoluntate hominis allata eſt olim prophetia, ſed à ſpiritu ſancto impulſi, locuti ſunt ſancti dei homines. 2. Pet. 1. Qui potuit magnificentius extuliſſe ſcripturæ maieſtatem, cum inquit, à ſpiritu ſancto fluxiſſe? ideóq; uanæ nõ ſunt, commendãtq; eos qui legunt literas ſacras, appellans lucernam ſplendentem in caligioſo loco, ex emplo Dauidis, qui dixit: Lucerna pedibus meis uerbũ tuum, & lumen ſemitis meis, Pſal. 118. Verbum dei ſcripturis uelut uaſculo conſeruatur, et ad nos defertur. Vel le audire uocem è cœlis, Dei tentatio eſt, cum poſſis è ſcripturis doceri uoluntatem diuinam. Velle è cœlis paſci, cum panem habeas ad manus, irriſio dei eſt. Producamus & Paulum, quid ſuper ſcripturarum dignitate diat. Audi ſaltem quàm diligenter admoneat Timotheum, ne ſcripturarum lectionem ſeponat. 1. Timoth. 4. Donec uenero, attẽde lectioni, exhortationi, doctrinæ. & 2. Timoth. 3. At tu perſiſtito in his quæ didiciſti, & quæ tibi concredita ſunt, ſciens à quo didiceris, et quod à puero ſacras literas noueris, quæ te poſſunt eruditũ reddere ad ſalutem, per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Vtinam hæc tantum uerba caperent phanatici ſpiritus, q̃ Apoſtolus inquit: Scripturas erudire ad ſalutem per fidem. Quid enim prodeſt legiſſe, ſi non attendas, neq; credas lectioni. Si fide legas, ad ſalutem inſtituunt, & Scripturæ lucerna.

nouũ hominem regenerant: nam ſpiritus ſanctus corda certificans, & arrabo noſtræ ſalutis. 2. Cor. 1. Ephe. 1. plerunq; hoc medio illabitur, ut paulopoſt repetam. Poſtea uberius ſcripturæ fructum explicans Apoſtolus ſubdit: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, quæ eſt in iuſticia, ut integer ſit homo dei, ad omne opus bonum apparatus. 2. Timot. 3. Per ſcripturas dixi, aut uocalem prædicationem plerunq; ſpiritus ſanctus diſtribuitur credentibus. Nam ſic Paulus, Gala. 3. docet non ex operibus legis, ſed ex prædicatione fidei accepiſſe ſpiritum ſanctũ, & Roma. 10. inquit: Fides ex auditu eſt, auditus autem per uerbum dei. 1. Theſſa. 2. Gratias agimus deo indeſinenter, quod cum accepiſſetis ſermonem à nobis, quo dcũ diſcebatis, accepiſtis non ſermonem hominum, ſed (ſicut erat uere) ſermonem dei, qui & agit in uobis credentibus. Ephe. 1. Cum audiſſetis uerbũ ueritatis Euangelion ſalutis ueſtræ, in quo etiã poſtquàm credidiſtis, obſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, q eſt arrabo hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitæ poſſeſſionis in laudẽ gloriæ ipſius. Legant iſta ſcripturarum contemptores faſtuoſiſſimi, & deſinant ueritati reſiſtere, & montes montibus accumulare, ut Iouẽ cœlo deturbent, arcum ſuum tendit, & parauit illũ. Quid ſibi uult Paulus, quando ait: Nos mentem Chriſti tenemus. 1. Cor. 2. niſi quod ſcripturarum authoritatem ſubleuat? ex quibus diſcimus mentem Chriſti, ut ſciamus

Spiritus ſanctus quõ illabitur.

ſciamus, quid à nobis requirat deus, quid ſibi placeat, quia non loquitur de abſconditis conſilijs dei, & imperſcrutabili uoluntate eius: nemo enim fuit illi à conſilijs, ſed de uoluntate & mente Chriſti, quam uerbo ſuo & ſcripturis expreßit. Ieſa. 8. Ad legem & teſtimonium, alioqui non erit eis matutina lux. q. d. Niſi è ſcriptura uoluntatem dei requirant, non poſſe fieri, quin in maximos errores incidant. Vide quantam dignitatem ſcripturis attribuat ſpiritus ſanctus. Quoties remittat Chriſtus ad ſcripturas. Nam quoties quæſo citat ſcripturas inter loquendum? quoties edit has uoces, ſicut ſcriptum eſt, Et oportet impleri ſcripturas? Adde quòd Euangelion, quod deus olim promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo. Roma. 1. per ſcripturas propheticas patefactum ſit. Roma. 16. Et Chriſtus arguit Sadducæos ſcripturæ ignaros, Mar. 12. Paulus ſecundum conſuetudinem ſuam per ſabbata tria diſſerebat Iudæis, qui erant Theſſalonicæ è ſcripturis. Qui uero ex ipſis receperant ſermonẽ cũ omni animi promptitudine quotidie ſcrutabantur ſcripturas, an hæc ita ſe habent ceu legis Act. 17. Semp fuit ſacroſancta ſcripturæ authoritas, niſi ꝙ his nouißimis & oĩm periculoſißimis, temporibus ſordere cupiat ſcripturã nocentiſſimus Sathan, ut iam à multis iniquißime conſpurcetur & ad ſummum proſcindatur. Vnde mei muneris eſſe putaui, ut omnes in Chriſto Ieſu fratres admoneam, ne patiantur ſe ab illis errorũ magiſtris ſeduci, ne aures adhibeant

Mentem Chriſti ex ſcripturis diſcimus.

Nõ audiendi ſpũs uertiginis.

adhibeant tam callidis uiris ab scripturarum lectione aut uocali prædicatione auocantibus. Frigidus ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Astutus est Cacodæmon, & mille artifex, longe alia machinatur, quàm in fronte ostendit. In fine uidebitur cuius toni. Reputent quæso penes se fratres, quòd à spiritu sancto commendatur, non deberi ab homine prophanari. Christus quando toties scripturas citarit, & ad easdem remittat, cur Scripturæ à mortali fastidirentur? Infundibulũ sunt spiritus sancti, infundibulũ quibus descendit in corda nostra uelut per gradus, uespũ sanctus lut in Actis Apostolorum, cap. 10. legis. Adhuc loquente Petro, spiritus sanctus cecidit super omnes, qui audiebant sermonem. Et fides in plurimum prouenit ex auditu uerbi dei, seu scripturæ sanctæ. Ob id non audiendi sunt noui atq; pestiferi prophetastri, qui diuersa docent. Probandi spiritus an ex deo sint. 1. Ioan. 4. Hos spiritus ex Sathana esse certum est apud me: nam sacra contaminant, & cacant in castra Israëlitica. Legendæ sunt literæ sacræ, audienda externa & uocalis prædicatio, quæ fit ab homine: sed interim orandus deus pater ut interius doceat, et scribat legã suã in cordibus nostris, ac rapiat mentẽ ad se, id est, ut ea quæ auribus audiuimus, capiamus mente, credamus et salui fiamus. Docet deus spiritu, nihilominus utitur medio externo et ministerio hoĩm. Hinc Paulus: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus dedit incrementũ. 1. Cor. 3. Et dei sumus coadiutores. Cur? quia uerbum dei & scripturas sacras

prædica

prædicabat. Et quare uocat Christus apostolos lucem mundi, sal terræ, nisi ob ministeriũ uerbi dei, quod de lucem, sal terræ ipso, uera luce, testarentur, & cõdirent atq; salirent homines legis atq; Euangelij prædicatione? quod uerbum ueritatis circũferrẽt et spargerent in omnes credentes. Adeo necessariũ est uerbi ministeriũ, ut nolit hoc intermitti, imò religiose præcperit. Vñ cuidẽs est istos scripturarũ inimicos non loqui ueritatem, sed mendaciũ, docti à Sathana patre ipsorũ. Ex ore ipsorũ iudico eos, & ex fructibus agnosco arborem, alioqui manũ ori impositurus. In summa, deus docet, siue id spiritu suo faciat, siue per ministeriũ uerbi, siue lectione bibliorũ, nihil refert, quo medio doceris, modo rapiaris ad cœlestiũ desideriũ. Nõ credis lectioni aut prædicationi, nisi ipse docet intrinsecus. Igitur DEVS est doctor, pater & magister. Attamen & scriptura legenda et audiẽda. Quid ad nos, si uocent nos legisperitos, aut scripturæ doctos? etiam si mille conuicijs incesserint, tamen nõ auocabũt à scripturarũ lectione. Desideramus à deo doceri, siue id scripturis, siue ministerio hoim faciat, penes ipsum est potestas, nos eius misericordiã expectamus.

Lux mundi, sal terræ apostoli.

Deus doctor.

LXXXIX.

Deus reddet unicuiq; iuxta facta sua. Roma. II.

Arbitramur fide iustificari hominẽ absq; operibus legis. Rom. iij.

En dissonantiam in Paulo inquiunt Sophistæ & nostri sanctuli iusticiarij ignauũ pecus. Opera iustificant, non fides tantum, uelut noui Euangelici prædicant, & à parte nostra stat sanctus Iacobus, qui longa disputatione probauit operũ iusticiam. Audi Sophe: Spiritus qui in Paulo loquitur, non est sibijpsi contrarius, sed spiritus tuus pugnat secũ. Paulus ubiq; per oẽs epistolas cõmendauit fidei iusticiam, non semel prophetam testem adduœns, qui inquit: Iustus ex fide sua uiuet. Abac. 2. Multis uerbis contendens non esse iusticiam, nisi fidei, neminem deo conciliari & gratum esse, nisi per solam fidem. Et pe eatum esse, quod ex fide non fit. Hoc ubiq; constanter prædicat, nihil aliud tonat, nec quicquã constantius affirmat. Ex fide enim promonant benefacta, ex infidelitate quicquid malorum est, unde sunt fidei opera, & sunt incredulitatis facta. Fides iustificat, incredulitas damnat, teste Christo. Ioan. 3. Hinc ubiq; pronunciat dominus: Fides tua te saluum fecit. Scriptura uero nobis se attemperãs, totam arborem cum fructibus iudicans, inquit: Deum redditurum uniuiq; iuxta opera ipsius, uelut Christus ait? Ex fructibus cognoscetis eos. Matth. 7. Arbor mala non profert fructus bonos. Ideo excindetur, & in ignem mittetur. Malefacta declarant incredulitatem. Quando igitur scriptura dicit, uniuiq; retribui iuxta opera ipsius, non derogatur fidei iusticia, nec operibus attribuitur, quando præclara opera phariſæi non potuerunt ipsum iustificare. Lu

Opera non iustificare.

Iustus ex fide uiuet.

Vniuiq; retribuetur iuxta opera sua.

cæ. 18.

cæ.18.neq; lampades oleo, hoc est fide, uacuæ iuuarunt quinq; uirgines. Matth.25. Nam si ex operibus est iusticia, frustra Christus est mortuus, Galat.2. Rursus ubi fidei donum in homine accreuerit, non possunt nocere præterita peccata, quæ admiserat, sicut legis Ezech.18. & .33. Sicut nec peccatrici obfuerunt. Lucæ.7. nec latroni, nec apostolis, nec cuiquam conuerso à peccatis suis. Diligentibus enim deum omnia simul adiumento sunt in bonum. Roma 8. Oculi domini fidem respiciunt. Hiere.5. Nouit dominus corda omnium operantium, quo animo quisq; faciat opera. Non secundum uisionem oculorum iudicat, neq; secundum auditũ auriũ arguet. Sed iudicabit in iusticia. Iesaiæ.11. Vnde dicitur iuxta opera iudicare, qui cordium & renum scrutator est, explorata habens omnia, Heb.4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Aliàs si recte introspicias tantum iuxta fidem & infidelitatem iudicat.1. Regum.26. dicit Dauid Sauli: Dominus retribuat unicuiq; secundum iusticiam suam & fidem. Scriptura tamen quia nobis loquitur, nostro intellectui se format, nec potest nobis fidem uel incredulitatem aliorum ostendere, nisi ex operibus, quando igitur ait: Retribuet unicuiq; secundum opera sua, aut opera eorum sequuntur illos, de toto opere uel fidei uel infidelitatis intellige. Nam propter fidem respicit deus ad opera nostra, quæ alioqui nunq̃ consideraret. Rursus propter incredulitatem damnat opera nostra. Fides dei donum est, ita quoq; bo-

Deus est cordium agnitor.

Scriptura accõmodat se nostro intellectui.

Deus operatur in nobis bona opera.

na opera deus regnans in cordibus noſtris operatur in nobis. 2. Cor. 3. Oĩs idoneitas noſtra ex deo eſt. Phil. 2. Deus eſt is qui agit in uobis, & ut uelitis, & ut efficiatis pro animi propoſito. Eadem opera remunerat propter fidem et promiſſionem ſuam. Nihil meremur bene factis, ſed recipimus, quæ dei bonitas pollicita eſt. Promiſit ille credentibus uitã æternam, quã perpetuo nunq̃ merẽtur, dabit præterea, qd' promiſit: quia diues & uerax, mentiri & ſeipſum negare nõ poteſt. Veritas dei eſt, ſi recipis bona à deo, nõ meræs. Rom. 6. Donũ dei eſt uita æterna, non meritũ. Opera ſunt tantũ fidei proteſtationes, nihil merentur. Oĩa ex bonitate & miſericordia dei nobis obueniunt. Igitur per ſe non iuſtificant opera, ſed ſunt fidei, et iuſtificati indicia. Sola fides ſanctificat, quæ in promiſſionem dei dirigit oculos. Nos cũ ſimus caro, tantũ carnalia ſapimus & facimus. Rom. 8. Affectus carnis mors eſt, & inimicicia corã deo. Igitur opera noſtra impura ſunt propter carnem, et potius cõdemnant q̃ ſaluant. Omnis enim plantatio, quam non plantauit pater cœleſtis, eradicabitur.

Meræs non eſt, ſed gratia.

Opera ſunt fidei ſigna.

XC.

Caro & ſanguis regnum dei poſſidere non poſſunt: 1. Cor. XV. Credimus carnis reſurrectionem.

Carnis reſurrectio.

Scriptura ueteris nouiq; teſtamenti paſſim prædicat carnis reſurrectionem. Ieſaiæ. 26. Viuent mortui tui,

tui, interfecti mei resurgent. Daniel. 12. Multi de his, qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt. Hiob. 19. Scio q; redemptor meus uiuit, & in nouißimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea uidebo deum. Quem uisurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt &c. Hic audis Hiobem fateri, quòd in carne sua sit conspecturus deum. Et est articulus fidei nostræ, quo confitemur resurrectionem carnis. Quomodo igitur dicit Apostolus: Caro & sanguis regnum dei non poßidebunt? Pugnat articulus fidei & alia scriptura de carnis uiuificatione cum Paulo? Minime. Apostolus sui interpres est cum addit: Neq; corruptio incorruptibilitatis hæreditatem accipit. Ecce mysterium uobis dico. Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur (en carnis immutationem ad perfectionem) in puncto temporis, in momento oculi, per extremam tubã. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorruptibiles, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, carnale sciliæt corpus, induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Audis carnem resurrecturam ad uitã, sed immortalem, incorruptibilem, glorioſam, & non animalem, mortalem, carnalibus affectibus obnoxiam, ea enim non poßidebit regnum dei. Rom. 8. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei &c. Et quemadmodum supra locis. 4. de cœli & terræ immutatione dictum est, ita hic de carnis renouatione intel

Caro et sanguis nõ poßidebit regnũ dei.

Carnis immutatio.

ligendum. Cadit mortale, resurgit immortale. 1. Cor. 15. Aurum igne probatur ut purius fiat, sic caro nostra per mortem soluitur, ut integrior & incorruptior resurgat, & sic caro integritate & immortalitate induta resurget ad uitã immortalẽ, et regnũ dei possidebit. Vnde dixit Hiob se in carne sua scilicet renouata, integriore et immortalitate uestita, uisurũ dñm deũ, sicut etiã Apli docẽt 1. Io. 2. Videbimus eũ sicut est. 1. Cor. 13. Facie ad faciẽ.

XCI.

Ipse est propiciatio pro peccatis nõ stris, nõ pro nostris aũt tm̃, sed etiã pro totius mũdi. 1. Ioan. 11. Non pro mũdo rogo. Ioan. XVII.

Christus propitiatio mundi.

Iesus Christus filius dei uiui, sapientia & uerbum patris caro factus, pro peccatis omnium credentiũ subiuit mortem, iustus pro iniustis, ut nos adduceret deo, 1. Pet. 3. Factus est reconciliator omnium fidelium totius mundi, ubi ubi locorum fuerint in toto orbe terrarum. Mortuus non tam pro gente Iudaica, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Ioan. 11. spirituale scilicet corpus, in unam fidem & in unum ouile. Nõ igitur intelligẽdũ Christũ factũ propitiationẽ pro mũdo infideli mundana sapienti, sed tantũ pro electis dei, quibuscũq; regionibus dispersi sint, siue inter Iudæos siue inter gentes. Omnis qui fidit illi nõ pudefiet. nõ enim est distinctio uel Iudæi uel Græci, nam idem

idem dñs omniũ, diues in omnes inuocantes se. Quisquis enim inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Rom. 10. Quid multis? tantum credentiũ est propitiator factus, nõ impiorũ, qui nunq̃ uere inuocãt deũ, nõ metuũt neq; curant deũ, nõ sperant in deo. Vult igitur Apostolus dicere: Non tam pro nobis discipulis suis oppetijt mortem & ijs qui uiderũt & audierũt eũ in carne, uel pro solis Iudæis, sed mortuus est pro omnibus electis ubicũq; illi in mundo fuerint. Alias enim idẽ Aplus totũ mundum concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum et fastu uitæ refertissimũ scribit. 1. Ioan. 2. & 5. ut qui nõ cognoscat dei filiũ. Ioan. 1. nec accipiat spiritũ ueritatis. Ioan. 14. ut nõ possis hæc intelligere de toto mũdo, id est, cunctis hoĩbus qui uiuũt in mundo. Alias enim & impiorũ & gentiũ incredularũ esset propiciatio, sed promissa hominũ uniuersitate. Sic intelligendũ et illud uerbũ Ioan. Baptistæ: Ecce agnus dei qui tollit peccata mũdi, Ioan. 1. Quid hoc aliud q̃ in semine tuo benedicẽtur omnes tribus terræ? Multi autem minime benedicantur, igitur de solis electis intelligendum dispersis per uniuersum mundum, qui licet in mundo uiuant, tamen de mundo non sunt. Ioan. 15. & 17. per fidem enim retracti à mundo, & nouo homine induti, non curant ea quæ mundi sunt, liberi sunt ab affectibus mundanis, & habent conuersationem suam in cœlis. Philippen. 3. Mundus Sathanæ regnum, non recipit Christum, non credit uerbo eius. Quomodo igitur seruaretur per eũ.

Mundus in pctõ sopit9

Mũdus nõ recipit Christum.

Qui

Qui credit in filium, habet uitam æternam, qui nõ credit condemnatus est. Ioann. 3. Mũdus infidelis seruit peccato & iniusticiæ, persequitur Euangelium, mactat Christum, explodit innocentes, & est mancipiũ diaboli. Ob id ait Christus: Non pro mundo rogo, id est, ijs qui nondũ facti sunt ciues sanctorũ & domestici dei: hoc enim mundus significat hoc loci: sed pro ijs, quos dedisti mihi, quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis, non pro eis aũt rogo tantũ, sed pro ijs, qui credituri sunt per sermonẽ eorũ in me, ut omnes unũ sint, sicut tu pater in me et ego in te, ut & ipsi in nobis unũ sint. Ioan. 17. Ex hoc loco interpretare priorem, Quòd Christus sit propicia tio totius mundi, id est, omnium qui credunt in mundo, aliàs perpetuo non conciliabis.

XCII.

Facilius est camelum per foramen acus ingredi, quàm diuitem in in regnum dei. Marci. x. Iugum meum commodum est, & onus meum leue. Matth. xi.

Accęsserat ad Iesum adolescens quidam interrogans, quo opere uitam æternam demereretur, quẽ cũ iussisset Iesus omnia uendere & distribuere pauperibus, abijt mœrens, quia diues erat ualde, multas habens possessiones

ones, quo discedente dixit discipulis suis: Quàm difficulter hi, qui diuitias habent, in regnum dei intrabunt. Obstupescentibus discipulis rursus respondit: Filij, q̃ difficile est eos, qui fiduciam habent in pecunijs, regnum dei ingredi. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum dei ingredi. Nemo potest duobus dominis seruire, deo & mammonæ. Matthei. 6. Aut enim hunc odio habebit, & alterum i illũ diligit, aut huic adhærebit, & alterum illum negliget. Qui deo seruire uult, oportet sit abdicatis affectibus humanis, ne in aliud respiciat atq; confidat, quàm in unum deum. Nulla est conuentio luci & tenebris, Christo & Belial, iusticiæ & iniquitati. Qui seruit diuitijs, deo seruire non potest. Iubet igitur Christus abrenunciare omnibus & illum solum sequi, hoc carni & diuitibus est præceptum non bonũ. Et inquit Psaltes, Diuitiæ si affluant uobis, nolite cor apponere. Psal. 61. Suffocat enim diuitiarũ fames semen uerbi dei, Matt. 13. Et radix omniũ malorũ est studiũ pecuniæ. 1. Tim. 6. Auarus non implebitur pecunia, Eccle. 5. Ob id haud facile possidebunt regnũ dei diuites. Verũ isti sententiæ non repugnat illud uerbũ Christi (Matth. 11.) Iugũ meũ commodum est, & onus meũ leue. Christianis enim leuis est crux & adflictio, quia salutem agnoscunt: facilis est persecutio, quam ferunt ob nomen Christi, habet enim promissionem coronæ uitæ: optata & suauis est mors, quum sit ianua ad immortalitatem. Sciunt hoc iter esse ad salu-

Auari difficulter saluãtur.

Iugũ Christi leue.

Adflictio mũdi impar gaudio futuro.

ad ſalutem. Per multas enim tribulationes oportet nos ingredi in regnum dei, Acto. 14. Et non pares afflictiones præſentis temporis ad gloriam, quæ reuelabitur erga nos. Rom. 8. Momentanea leuitas afflictionis noſtræ ſupra modũ æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non ſpectamus ea quæ uidentur, ſed ea quæ non uidentur. Nam quæ uidentur temporaria ſunt, atque non uidentur, æterna. 2. Corinth. 4. Commodum eſt iugum Chriſti propter ſpiritum, quem dedit nobis, deinde propter promiſſiones uitæ æternæ. Fideles igitur non reſpiciunt in cruœm & poteſtatem adflictionum, ſed Chriſtum, in quo eſt ſalus, iuſticia, ſanctificatio, ſapientia & redemptio. 1. Cor. 1. Vident Chriſtum per cruœm rediſſe in gloriam ſuam, ſentiunt & ſe per eandem tranſituros ad patrem, quæ œrtitudo & fides dulœm efficit cruœm & onus leue. Quod impijs & auaris eſt difficile & lætale, & præœptum non bonum, hoc pijs eſt ſalutare, commodum & mel.

XCIII.

Abrogatur quod præceſſit præceptum propter imbecillitatem & utilitatem. Hebr. VII.

Legem igitur irritam facimus per fidem? imò legem ſtabilimus. Roman. III.

Abrogatum

Abrogatum est uetus & Leuiticum sacerdotium, & subrogatum Christi nouum, quia prius non potuit consummare, hoc est, perfecte sanctificare, ut conscientiæ amplius peccatum suũ non sentiant. Nam hoc sacerdotium umbra tantũ fuit & figura noui sacerdotij, quod in Christo manet in æternum. Oportuit umbrã cedere ut sub intraret ueritas. Translato autẽ sacerdotio, necesse erat et legis translationẽ fieri. Heb 7. Nam sub prio re sacerdotio populus legem acceperat. Abrogato sacerdotio lex quoq; abrogata est propter imbecillitatẽ, quia ne ipsa potuit hominẽ perfectũ reddere. Nihil ad perfectionem adduxit lex, non aufert cõscientiam peccati, igitur perfectiore lege opus erat. Inutilis erat lex Mosaica ad iustificationẽ & sanctificationẽ internam, non purgabat corda, non auferebat affectus peccandi, non tollebat peccata, sed tantum reuelabat, iram operabatur & ad desperationem adigebat. Et nemo poterat aliqd boni sperare sub lege. Ideo in locum abrogatæ legis, subrogatur melior spes: metus & horror erant sub prio re lege ceu uides Exod. 19. & 20. Sed sub noua lege, sub Christo sacerdote & Euangelio est pax & gaudium in spiritu sancto. Quatenus autem lex abrogata sit audi, ne somnies sic ablatam ut non sit magis implenda et liceat impune quiduis agere. Abrogata est in Christo & membris eius, id est, nõ habet ius & authoritatẽ exercendæ tyrannidis in Christianos, excarnificandæ conscientias, non potest magis damnare pios, & tamen implenda

Sacerdotiũ Leuiticũ abrogatum.

Legis officium.

Lex quõ sit abrogata.

implenda est. Vbi lex peccatum offenderit, illic suum habet ius accusandi & condemnandi. Christianis dimissa sunt peccata ob fidem in sanguine Iesu Christi, hinc nō potest lex stringere suum gladium in pios, qui non sunt sub lege, sed sub gratia, spiritum dei acceperūt, qui eripuit eos à legis condemnatione. Lex tantum peccatores reos agit. Qui sine peccato est, nō metuat legis tyrannidem. Soli credentes liberati sunt à lege, mortui ei, in qua detinebantur. Rom. 7. ij sunt sub gratia, Rom. 6. Sub Christo legis impletore & domino, hoc dixit Paulus. 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Qua si diceret, nō sunt liberi à lege, qui spiritū domini nō habent. De legis abrogatione habes nō pauca Ephes. 2. Coloss. 2. Iam si intelligis, quatenus abrogata sit lex, intelliges quoq; & alterum locū Pauli, Fide legē non fieri irritā, sed stabiliri. Quia Christus nō uenit soluere legē, sed adimplere, Matth. 5. Et ipse est finis & perfectio legis. Rom. 10. Nemo legē implet, nisi per Christum. Dominatur lex super omnes peccatores, quos accusat, terret, exarnificat, & damnat. Rursus abrogata est omnibus, ij enim non metuunt legis maledictionem, sed spiritu domini acti, rapiuntur ad legem perficiendam, quæ spiritu aut fide, non operibus adimpletur. Spiritus uires suppeditat, quas citra fidem non obtinebis. Lex igitur fidei stabilitur, id est per fidem impletur, quæ prius haud adimplebatur. In summa, abrogata est lex fidelibus, nō quòd licētia nihil nō mali faciūdi facta sit, sed quia

Libertas Christiana.

Lex fide stabilitur.

ſed quia acceperunt de manu domini duplicia, Ieſa. 40 Duplicia
Liberationem à legis ſeruitute & peccatorum remiſſio acepimus.
nem non poteſt eos lex magis accuſare, uelut prius cũ
Chriſtum fide nondum recepiſſent, inuenit eos ſanctifi
catos ſanguine Chriſti, nihil inueniens quod damnet,
retrahit manum ab exerenda tyrannide, alio declinat
ubi plus iuris habeat. Interim tamen credentes in lege Iuſti faciũt
domini ambulant die ac nocte, ſpiritu eos agente, nõ eo legem ſine
gente lege, faciunt legem deſiderio cordis, non metu, lege.
ſunt bona arbor, idcoq; proferunt fructus in tempore
ſuo, Pſalm. 1. Iam ſatis euidens eſt fide non tolli legem,
ſed impleri, fruſtra legem facis ſine fide. Peccatum eſt,
quod ex fide non fit. Repete ſi uolueris, quæ ſupra qua
drageſimo quinto locis adnotata ſunt.

XCIIII.

Qua menſura metiemini, ea metien
tur uobis alij. Matth. VII.

In poculo quo miſcuit, miſcete illi
duplum. Apoca. XVIII.

Poſtquam Chriſtus uetuiſſet iniquum atq; temerari-
um iudicium, addit hæc uerba: Eadem mẽſura, qua me
timini, metientur alij uobis, id eſt, ut ut fœritis alijs ho
minibus, ita quoq; faciet uobis deus. Nõ præcipitur lex
talionis, quemadmodum multi nõ recte intellexerunt. Lex talio-
Si miſericordes extiteritis, miſericordiam conſequemi- nis phibita
ni, ſcilicet apud deum & non apud homines, qui in plu

rimum pro bonis referunt mala. Si remiseritis, remittet etiam pater. Si condemnaueritis, condemnabimini. Non superbiendum est in donis dei, sed per humilitatem animi alius alteri seruiat. Et quisq; alium se præstantiorem existimet, ne sua quisq; spectet, sed unusquisq; quæ sunt aliorum, Philippen 2. Et omnia quæ uolueritis, ut faciant uobis homines, sic & uos facite illis. Hoc enim est lex & prophetæ, hoc dicit Christus in Euangelio, Matth. 7. Luc. 6. In Apocalypsi uero nihil præcipitur huic diuersum. Non enim ait: Reddite omnibus dupliciter, sicut uobis reddiderunt, sed præcipitur ultio contra Babylonem, quam uoluit dominus euertere: qua fœrat secum fornicari reges terræ, & eleuata superbia dixit in corde suo: Ego sum, & non est præter me amplius. Non sedebo uidua, & ignorabo sterilitatem, Iesa. 47. Sedeo regina, & uidua non sum, & luctum non uidebo &c. Apoca. 18. Vnde iratus dominus, præcipit populo suo uindictam dicens: Peruenerunt peccata eius usq; ad cœlum, & recordatus est deus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipse reddidit uobis, & duplicate ei duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se & in delitijs fuit, tantum miscete illi tormentum & luctum. Eadem legis Hiere. 50. Sed noli tu ex facto hoc tibi legem fœre, ut putes tibi licere malũ malo rependere, & uindicare iniuriam quoties libuerit. Illis præceptũ erat, tibi non item, & in solos Babylonios non in

Babilonis fastus & ruina.

Vindicta nobis phibita.

non in alios similiter. Si habes præceptū dei, quod ad te
pertinet, & tu ne ede malis, sed contra audentior ito.
Sin præceptum domini non habueris, parce & absti-
ne, uelut Christus te multis uerbis, Matthæi. 5. docuit.
Iudæis olim mandatum erat de perdendis Chananeis,
Exo. 23. *quemadmodum supra locis. 81. admonuimus,*
sed non de alijs. Vt scias dei esse ultionem, & non uin- Vltio dei
dicandam priuatam iniuriam, nisi ubi habueris apertū est.
præceptum dei. Scriptum enim est: Mihi uindictam,
& ego retribuam, Deuterono. 32. Dei tantum est uin-
diare. Si magistratus uindicat, authoritate dei facit, Magistra-
is enim habet præceptum dei, sed tibi dictum est, Pro- tui licet uin-
uerb. 24. *Ne dicas: quemadmodum fecit mihi, sic faci-* diare.
am ei. Reddam uniuiq; secundum opera sua. Vltio dei
est, ad te patientia spectat.

XCV.

In uiā gentiū ne abieritis. Matt. x. Ite in mundū uniuersum, & prædicate Euangelion omni creaturæ. Marci. XVI.

Mysterium redemptionis nostræ uiuo Christo uul-
gari exteris nationibus non debuit, ne quid Iudæi ha-
berent quod exussarentur, qui se populum dei propter
promissiones diuinas, quas habebant, & propter legis Iudæi popu
opera gloriabantur. Et Christus testatur eos oues esse lus dei &
ad quas missus sit à patre, Matt. 15. quāuis seductæ fue oues.

rint phariſaicis doctrinis. Et quandoquidē Iudæis miſſus erat, noluit ante glorificationem ſuam apoſtolos ad gentes prædicatum emittere. Miniſter erat circunciſionis, Roma. 15. Oportebat primum electionem fieri Iſraëlis, deinde intrare plenitudinem gentium. Rom. 11. Poſtquàm autem Chriſtus glorificatus eſt, id eſt, ubi regnum Chriſti completum erat, ut ſalus ſuſciperetur à gentibus, miſit quoq; gentibus prædicare Euangelion diœns: Ite in mundum uniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Paulus quoq; cum Iudæis expoſtulans. Vobis, inquit, oportebat primum loqui ſermonem dei, ſed quoniam repellitis illum, & indignos uos iudicatis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes, ſic enim præcepit nobis dominus. Acto. 13. Nulla igitur ſub eſt diuerſitas, ſi non ipſe confundas ordinem.

Euangelion poſt reſurrectionem Chriſti gentibus prædicatum.

XCVI.

Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Matth. x.

Si quis ſibi uidetur ſapiens in hoc ſeculo, ſtultus fiat. 1. Corint. iij.

Sapientia mundi non omnino reſpuenda.

Scriptura tantum in rebus ſpiritualibus damnat ſapientiam mundi, q. animalis homo non accipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. 1. Corinth. 2. alioqui in rebus ciuilibus tanquam utilis & neceſſaria commendatur, uelut ſatis probat parabola prudentis œconomi commendati à domino. Luc. 16. Igitur Chriſtus ſub prima legatione apoſtolorum

ſtolorum ad ſpargendum Euangelium regni dei, nõ eximit prudentiam, ſed magis docet. Nam cũ dixiſſet: Ecce ego mitto uos uelut oues in medio luporum, ne putent ſe debere ſtupidos eſſe, addit: Eſtote igitur prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices uelut columbæ. Serpentes inſidiantis greſſus declinant, obturant aures ad uocem incantantis, & dum percutiuntur, omnia obijciũt, ut ſeruent caput: quo ſaluo, uita ſupereſt: tuentur incolumitatem ſuam, magis prudentia quàm uiribus, & ut habet Tertullianus in lib. de pallio. Iſte quod ſortitus eſt conuertit corium & æuũ. Siquidem ut ſenium perſenſit, in anguſtias ſtipat, pariterq; ſpecum ingrediens, & ate egrediens ab ipſo ſtatim limine eraſus, exuuijs ibidem relictis, nouus expliciat, cum ſquamis & anni rearſantur, hæc ille. Iſta eſt prudentia ſerpentis, quantum ego ſciam. Moſe quoq; ait: Serpens erat callidior cunctis animantibus, Gene. 3. Ita intelligo debere Chriſtianos ſub initio Euangelij inſidiantium manus euitare ne magis irritent, quia mox addit: Cauete ab illis hominibus: tradent enim uos in concilia, & in conciliabulis ſuis flagris cædent uos: deinde debere quoq; obturare aures ad impiorum contumelias nõ regerere conuicia, ne uideantur occaſio tumultus & ſcandali, poſtremo omnia potius perdere quàm caput, id eſt, fidem in Chriſtum, per arctam cauernam, hoc eſt, per crucem & abnegationem ſui, tendere ad regnum cœlorum, expoliato ueteri Adamo, & induto nouo homine. Non iu- Serpentum prudentia.

bet ſerpentis calliditatem & nocendi auariciam imitari: nam ſerpens ſemper inſidiatur calcaneo noſtro, alioqui non addidiſſet: Et ſimplices ſint columbæ, quæ re-

Columbæ ſimplices.

uera nemini inſidiantur, ſed ſunt ſimplices, id eſt ſyncerę, innocentes, rectæ, citra odium. In ſumma, iubet ſimplices prudentes eſſe, id eſt, candidos, ſine dolo prouidos, fürſichtig, ſapientes. Nec eſt huic ſententiæ diuerſus Paulus, cum inquit: Si quis ſibi uidetur ſapiens eſſe

Sapiēs ſtultus fiat.

inter uos, ſtultus fiat. Nam in rebus fidei omnino reputanda eſt ſapientia carnalis. Sapientia enim mūdi, ſtultitia eſt apud deum. Vult dicere: Sapiens huius mundi humiliet ſemetipſum, iudicet ſe nihil ſape in myſterijs fidei, abneget ſeipſum, ſubmittat ſe ferulæ, diſcat a Chriſto, qui eſt ſapientia dei. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Stultus fiat, id eſt extenuet ſe, fateatur ſe puerum aut ſtultum, qui nihil ſapiat in rebus dei. Nam ſi quis ſibi uidetur aliquid eſſe, cum nihil ſit, ſuum ipſe fallit animum. Gal. 6. ſic fecit ille qui dixit: Stultiſſimus ſum hominum, nec eſt penes me intelligentia, nec didici ſapientiam, nec ſanctorum ſcientiam cognoui, Prouerb. 30. Qui ſic ſe humiliauerit, exaltabitur, fiet ſapiens in domino. Huc pertinet etiam illud Hiere. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire & noſſe me. Roma. 16. Volo uos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. 1. Corinth. 1. Quæ ſtulta erant ſecundum mundum, delegit deus, ut pudefaceret ſapientes. Talis ſtultus

etiam

etiam ipſe Paulus factus erat, omnia enim referebat ad deum. Non tumebat ſapientia mundi, omnia habebat pro ſtercoribus & damno, propter excellentiam cognitionis Chriſti Ieſu, Philippen. 3. unde ait: Nos ſtulti propter Chriſtum. 1. Corinth. 4. Huc etiam refer ſi uoles & illa, Matthæi decimooctauo: Niſi efficiamini ſicut pueri, non ingrediemini in regnum cœlorũ. & .1. Corinth. 14. Fratres, ne ſitis pueri ſenſibus, ſed malicia pueri ſitis.

XCVII.

Nemo uſurpat ſibi honorẽ, ſed qui uocatur etiam à deo, tanquam Aaron. Heb. v.

Poteſtis ſingulatim omnes prophetare. 1. Corinth. XV.

De uocatione & docendi munere magna eſt hodie inter Theologos controuerſia. Quidam omnibus liberum faciunt publicum docendi munus citra perſonarum reſpectum, quando nec deus ſit προσωποληπτης. Vnde ſarctores, lanij, textores, ruſtici, & multi è plebeis, maxime qui ſunt ex Anabaptiſtarum factione, docendi prouinciam ſibi uſurparunt. Sunt qui nullis liære contendant, niſi uocatis. Et ij mihi rectiſſimo ſentire uidentur. Nam quis probet illos idiotas temere ſeſe ingerentes, agriculturæ exercendæ idoneo- Citra uocationẽ nemo prædicat.

res quàm prædicandi officio? De quibus olim dixit dominus: Currebant, & ego non mittebam, & seduxerũt populum meum. Hiere. 23. Sutores sutoriam exerænẽ nemo de serat. Agricolæ rus colant, ea enim est ipsorum uocatio. Coriarij parando corio insudent, artocopi in pistrinum abeant, quisq; maneat in sua uocatione. Ne sutor ultra crepidas. Aut si uolent omnino prædicare, urgente zelo, uelut quandoq; iactitant, ad nationes pergant, quibus nondum prædicatum est Euangelion, aut domi doceant familiam suam: modo certi sint se uerbum dei docere, ne suas saliuas expuant, ne hominum traditiunculas & somnia spargant, ne adulteratam doctrinã prædicẽt. 1. Pet. 4. Si quis loquitur, loquatur ut eloquia dei: si quis ministrat, ministret tanquam ex uirtute, quã suppeditat deus, ut in omnibus glorificetur deus per Iesum Christum. Deinde si uocẽtur ad publicum munus suffragijs ecclesiæ, tum licet illis libere prædicare Christum. Hæc dico, q̃ uiderimus Sathanam mille artificem suum uirus ubiq; euomere in ecclesia, ut nos rursus à synceritate erga Christum in suas symplegadas retrahat. Quid non malorum sparserunt insipientes spermologi? quas non tragœdias commouerunt non uocati blacterones? Examinandi saltem erant prius præficiendi ecclesiæ, probandi spiritus num ex deo sint, an satis idonei sufficiendi, ne citra respectum quiuis sycophanta docat, & simplices oues seducat. Licet quidem omnibus Christianis docere, sed suos. Verum quis nos certos

Cõcionator debet esse certus de uerbo dei.

Suã uocatio nẽ nemo de

Christianis licet prædicare.

ærtos reddidit illos esse Christianos? quãdo multi lupo-
rũ ouinis pellibus tecti sint. Quoties igitur scriptura do
cẽdi libertatẽ præscribit, nõ intelligit nisi pijs spiritu dei
illustratis et uocatis, liære. Nam si quod dicit Paulus: po
testis omnes prophetare, nisi ad Christianos? Quibus di
cit Petrus: Vos genus electum, regale sacerdotiũ, gens
sancta, populus qui in lucrum acæsit, ut uirtutes præ-
dicetis illius, qui è tenebris uos uocauit in admirabilem
suam lucem. 1. Pet. 2. quibus inquam hæc scribit nisi san
ctis & credentibus? Et longe aliud agit Paulus. 1. Co-
rinth. 14. quàm ut cuiuis nebuloni blacterandi licentiam
præbeat, uult omnia decenter & secundum ordinem fie
ri, nihil præcipitanter & tumultuarie. Nemo igitur do
ceat nisi uocatus. Sed heu pudor, quàm paucos habet ho
die Germania uere uocatos concionatores, potior pars
per postiam ingesit sese. Dominus igitur addat nobis
gratiam, ut recte docemus Ecclesiam suam per domi-
num nostrum Iesum Christum.

Vocati nũc sunt pauci in Germa-nia.

XCVIII.

Neminem per uiam salutaueritis.
Lucæ. X.

Salutate uos osculo sancto. 1. Co-
rinth. XVI.

Obserua Christum hoc loci non uetuisse Apostolis, ne quenquam perpetuo salutarent, nam id non charita
tis atq; humilitatis, quæ præcipue inculcauerat, sed fa-

ſtius & in humanitatis uideretur argumentum. Verum hoc uoluiſſe ne uocationem deſererent, aut commiſſum munus interrũperent, ſed potius charitatis, quàm fidei officia intermutterent. Potior enim eſt fides charitate, Seruiendum fratribus, ſed poſt deum, ait enim: Primum quærite regnum dei & iuſticiam eius, Matth. 6. Salutandi fratres exeato dei imperio. Cuius habes exemplum apud eundem Lucam præcedenti capite. Nam cum quidam uoluiſſet ſepelire patrem, & poſtea ſequi Chriſtum, dixit illi Ieſus: Sine ut mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu uero uade & annuncia regnum dei Et alius ait: Sequar te domine, ſed permitte mihi prius ut dicam: uale ijs, qui ſunt domi meæ. Ait ad illum Ieſus: Nemo qui manu ſua admota aratro reſpexerit à tergo, aptus eſt regno dei. Ita hic quando præcipit, ne quem per uiam ſalutent, uult prædicatores negocium ſuum proſequi, & nullo impedimento remorari negociũ Euangelij. Quaſi dicat: Ecce ego mitto uos ad prædicandum, non ad ſalutandum, docẽdi prouinciam cõmitto non ſalutandi, pergite igitur, docete Iſraelem, poſtea ubi negocium Euangelij exeati fueritis, ſalutandi locus erit, uocationi ueſtræ nunc inſeruite. Sic Helizeus ſeruo ſuo eundem ſalutandi affectũ prohibuit, dum ad excitandum filium Sunamitidis mittit: Accinge lumbos tuos inquit, & tolle baculum meum in manu tua & uade. Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi, & pones baculum

Vocatio nõ deſerenda.

Neminẽ p uiã ſalutaueritis.

baculum meum ſuper faciem pueri. 4. Reg. 4. Primum potiora exequenda, deinde liœbit ad alia ſe quoq; accingere. Salutate deinœps quotquot uolueritis poſt uerbi miniſterium, et ubi meum imperium executi fueritis. Sic iubet ſalutare domum, offerre pacem. Et Apoſtoli crebras ſalutationes interpoſuerunt Epiſtolis ſuis, ne putes Chriſtianis non liœre ſalutare amicos. *Salutare liœt amicos.*

XCIX.

Videte & cauete à fermento Phariſœorum. Matth. XVI.

In cathedra Moyſi ſedent ſcribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunq; iuſſerint uos ſeruare, ſeruate & facite. Matth. XXIII.

Chriſtus ubiq; abijcit doctrinas hominum & traditiones Phriſaicas, inutiles ad pacificãdas cõſcientias & ingratas deo. Matth. 15. Frustra me colunt docentes doctrinas præcepta hominum. Hic eaſdem quoq; prohibet inquiens: Videte & cauete à fermento Phariſœorum, quod eſt hypocriſis. Luc. 12. fermentum eas appellans, nam uelut modicum fermenti totam conſperſionem fermentat. Galat. 5. ita quoq; doctrina Phariſaica corrumpit & euertit omnem ſanam doctrinam, turbat conſcientias, labefactat animas & ſubuertit audientes. Porrò illi ſententiæ uidetur diuerſa illa, quando ait *Traditiões hoĩm damnatæ.*

Fermentũ eſt doctrina Phariſæorum.

do ait: In cathedra Moysi sedent scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunq; iusserint uos seruare, seruate & facite, secundum uero opera eorum nolite facere, dicũt enim & non faciunt. Non pugnant aũt. Nam Christus nõ iubet attendere Pharisaicæ doctrinæ, quam aliàs to ties damnat. sed ei, quam ex Mose prædicant: quæcunq; ex lege Mosaica præceperint, ea oportet audire. Sedere enim in Cathedra Moysi est docere Mosis doctrinam. Nam non legimus Mosen externam cathedrã instituisse. Sicut sedere in Cathedra in pestilentiæ, est doctrinas dæmoniorum & erroris stabilire, pestilentem doctrinã docere, ita sedere in Cathedra Moysi est ipsũ Mosen prædicare, qui ab ætatibus antiquis in singulis ciu itatibus in synagogis per omne sabbatũ legebatur, teste Iacobo Acto. 15. Vult dicere: Nolite in doctris personã defigere oculos, sed doctrinã ipsam considerate. Sedent enim in cathedra Mosis scribæ & pharisæi, uerũ quando in Mosis cathedra sedeant, & nõ in cathedra pestilentiæ, uos omnia, quæ iusserint seruare, seruate & facite, quicquid ex lege prædicarint, contemnendũ non erit, obseruate, ea tamen nolite ipsorum facta imitari. Sunt enim pharisæi hypocritæ, dicunt & non faciunt. Colligant onera grauia difficiliaq; portatu, & imponunt in humeros hominum, cæterum digito nolũt ea mouere. Vrgent legem & legis opera, sed ipsi non attingunt, uides illic nõ stabiliri traditiones humanas, sed magis per totum caput damnari.

Sedere in cathedra Mosi.

Sedere in cathedra pestilentiæ.

Erit

C

Erit unus pastor & unum ouile. Ioannis. x.

Sepabit oues ab hœdis. Mat. xxv.

Multi hoc uerbũ Christi: Erit unus pastor & unum ouile *sinistrorsime interpretantur p cõmunione omniũ gentiũ. Quasi Christus dicat:* Ante seculi cõsummationẽ oẽs gentes coituras in unã fidẽ, ecclesiam, religionẽ, rempublicã, ut non sint diuersi principes, tot sectarum discrimina, tot cultus & ritus sacrorũ, tam diuersi mores & uarietas rerum, unus sit futurus rerũ oĩm status, una conditio oĩm hoĩm, qui sub cœlo degunt. Aut q̃ in fine seculi sint oẽs hoĩes in unũ æternæ uitæ locũ in ualle Iosaphat cõuenturi & simul gauisuri. Abutũtur & hodie hoc loco præpostere sanguinarij nostri prophetæ, qui propterea iugulandos persuadẽt principes ac magistratus, ut fiat unũ ouile, una rerũ adminĩstratio, æqualitas inter oẽs. Sed hi uniuersi toto errant cœlo, nihil enim horũ oĩm dixit Iesus: Numq̃ fiet unus status rerum oĩm, semper erunt mali & boni, semper infelix lollium & steriles dominabuntur auenæ, generatio prauorũ non desitura est. Veluti ab initio mundi semper fuerunt bonis mixti mali, ita usq; ad finem non desituri sunt praui & pertinaces, adde q̃ extremis temporibus, quando illi somniant rerum immutationem in tranquilliorem statum, fient tempora multo periculosiora

Mali et boni semper erunt.

Separatio electorũ ab impijs.

Messis est cõsummatio seculi.

Vna ecclesia Iudeorũ & gentium.

lasciua & homines pessimi, teste Paulo. 2. Timoth. 3. At in consummatione seculi seperabuntur pij ab impijs ne sint magis commixti. Et uelut oues segregat pastor ab hœdis, ita electi segregabuntur à peruersis. Dicet enim rex his qui à dextris sibi erunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab exordio mũdi. Tunc quoq; dicet & his qui a sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Vbi nũc manet Schwermerorũ nostrorũ unũ ouile? Aut si non satisfacit tibi unus locus adhibe & totum caput Matth. 13. et satis doceberis nunquam de futuros malos & bonos, triticũ & zizania, quæ in messe, id est, in fine seculi colligentur ab angelis. Zizania & eos qui parant iniquitatem mittent in caminum ignis, ibi erit ploratus & stridor dentiũ. In summa, in fine seculi (quando illi unum ouile putant futurum) uenient angeli & separabunt malos de medio iustorum &c. Igitur quandiu mundus hic perdurabit, non erit tale ouile, quale multæ somniarunt. longe aliud dicit Christus, nempe: Ex Iudæis & gentibus unam Ecclesiam futuram, dicens: Ego sum pastor ille bonus, et cognosco oues meas, & cognoscor à meis. Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, & animam meam pono pro ouibus. Et alias oues habeo, id est, electos ex gentibus, quæ non sunt ex hoc ouili. Non Iudæi, ad quos specialiter missus sum, non habent promissiones dei, alieni sunt à republ. Israëlis, non sunt conclusi sub lege,

lege, illas quoq; oportet me adduœre, ſcilicet per Euangeliũ & promiſſiones uitæ, quæ modo diſperſæ ſunt nõ habentes paſtorem. Et uocem meã audiẽt, & fiet unum ouile, id eſt, una eccleſia, una fides oĩm credentiũ ex Iudæis & gentibus, unũ paſtorem Ieſum Chriſtũ agno ſæns, & hoc ideo, quia uocem meam audierũt. Hoc uerbum uidetur poſtea clarius exponere Euangeliſta. Nã cũ Cayphas dixiſſet: Expedit ut unus homo moriatur pro populo, addit Ioannes uelut priora interpretans: Hoc à ſemet ipſo non dixit, ſed cũ eſſet pontifex anni illius, uaticinatus eſt, quòd Ieſus moriturus eſt pro gente, & non tantum pro gente uidelicet Iudaica, ſed ut filios dei, qui erant diſperſi, congregaret in unũ. Ioan. 11. Quid hoc aliud quàm quòd Chriſtus ſua morte & Euãgelij prædicatione omnes electos, quibuſcunq; tandẽ regionibus diſperſi eſſent, congregaret in unum ſpirituale corpus, cuius ipſe caput & paſtor eſſet, in unam fidẽ, in unam Eccleſiam, & in unum ouile. Hoc idem Paulus dicit Epheſ. 2. Vos quondam gentes in carne, eratis ſine Chriſto abalienati à teſtamentis promiſſionis, ſpẽ non habentes, deoq; carentes in mundo. Nunc autem per Chriſtum Ieſum, qui quondam eratis longinqui, propinqui facti eſtis per ſanguinem Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit ex utriſq; ſcilicet Iudæis & gentibus unum ſcilicet ouile, & interſtitium macœriæ diruit &c. Hæc communio facta eſt poſt ſpiritus ſancti promiſſionem, quando Euangelion prædicatum

Erit unum ouile.

Vnũ ouile qñ factum.

eſt

est omni creaturæ. Gal. 3. In Christo Iesu nõ est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus ac fœmina. Omnes enim unũ estis. & Ephes. 4. Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium, qui est super omnia & in omnibus uobis. Col. 3. Vbi non est Græcus & Iudæus, circũcisio & præputiũ, barbarus, Scytha, seruus, liber, sed omnia in omnibus Christus. 1. Corin. 10. Vnum corpus multi sumus. Hæc est germana sententia uerborũ Christi. Cæteras interpretationes uelut abortiuas & uirulentas fuge.

CI.

Requieuit deus die septimo ab omni opere quod patrarat. Gen. 11. Pater meus usq; mõ operat. Ioã. v.

Scriptura se nobis accommodat.

Scriptura sacra propter nos scripta est, inquit Paulus Rom. 15. Ideoq; se nobis accommodat, & ad captũ nostrum formatat, & in deo quandoq; humanos affectus exprimit, ut formet ingenium nostrũ, & ad se attrahat ut dei benignitatẽ imperscrutabilẽ expendamus, discamus, atq; intelligamus, qui se nobis accommodat, noster fit, hominem induit, mores & adfectus nostros sibi fingit, omnia nostri caussa facit, ut apprehendamus eũ. Ad istũ modũ ἀνθρωπότατος etiam hic se formatat cum inquit Moses, deum requieuisse ab uniuerso opere suo, id est, expressit nostra studia, qui post diutinum laborẽ quiesci-

Deus requiescit.

quieſcimus aliquando à labore, deſijt à condendis creaturis, ſatis fuit iſthæc condidiſſe, non addidit nouũ cœlum, nouam mare, aliud firmamentum, aliam terram, alia animantia: ſed iſta quæ condiderat, benedixit, & cuiq; creaturæ ſuam naturam, nomen, ingeniũ, & opus indidit, ipſeq; uerbo ſuo, quod eſt ſapientia dei, uniuerſas moderatur & conſeruat. Ab iſta diuina diſpenſatione habẽt ſuas leges, officia, terminos, omnes creaturæ. Et ut Paulus Athenienſibus prædicat, per ipſum uiuimus, & mouemur, & ſumus. Acto. 17. Ex illo, & per illum, & in illum omnia, Roma. 11. Indidit naturæ ſuũ ordinem. Ipſe eſt naturarum dux, rector & magiſter, ipſe agit naturas omnium creaturarum. Non æſſauit à mouendis creaturis & agendis rerũ naturis, ſed deſijt à condenda fabrica quam patrauerat, non aliam terrarum molem priori ſuperaddidit, non aliud firmamentum adiunxit, non alios angelos creauit, hominem quẽ fecit, auxit, et creſcẽdi naturam inſcuit. Vnde ait Chriſtus: Pater meus uſq; modo operatur, id eſt, non æſſat creaturam ſuam regere, generare, multiplicare. Non uult creare alium mundum, homines, piſces, aquam, ſtellas, angelos: ab iſto opere quieuit, ſed ab conditis adminiſtrandis non quieſcit, ſed ſine æſſatione operatur & curat res, ut etiam capillus de capite noſtro non cadat ſine patre deo. Iam uides non pugnare iſtos duos locos. Requieuit enim deus ab nouo mundo, cœlo &c. condẽdo, uerum ab regendo, non deſijt, ſed continuo adminiſtrat, Pater operatur.

ſtrat, & gubernat uniuerſas creaturas. Alioqui neq; ego, nec tu eſſes. Pſal. 103. Dante te illis colligent &c.

CII.

Non dormitat qui cuſtodit Iſraël. Pſalmo. CXX.

Exurge, quare obdormis domine? Pſalmo. XLIII.

Dormire dicitur dominus.

Dormire dicitur dominus, tropo ſcripturæ, quũ tentat nos afflictionibus, & diſſimulat ac ſubtrahit ad tempus auxilium, tarde ſubuenit, non curat nos, abſcondit uultũ & bonitatem ſuã aliquandiu. Rurſus uigilare dicitur, quando ſuam opem atq; præſentiã manifeſte demonſtrat, defendendo electos ſuos, & malos uindicando. Non dormit uere, ſicut ſolet homo, ſed nobis dormire uidetur, quando tentamur. Et talis eſt nobis dominus qualem credimus. Oculit miſericordiã, adfligit, mortificat, deducit ad inferos, auertit faciem ſuã à nobis, & tum nobis dormire putatur, qui uigilat perpetuo, derelinquit ad tẽpus, ut credentes tentationũ pœllis exercitati, manifeſti fiant, ut fides noſtra probetur. Quãdo igitur ſancti dei hoĩes ad deũ clamant, ut euigilet, hoc rogant, ut deus clementius eos reſpiciat, è tentatiõibus eripiat, ne ſuccumbant. Alioqui nõ dormitat, q cuſtodit Iſraël. Pſal. 32. Oculi domini ſuper metuentes eũ, ad eos q ſperant in miſericordia eius. Et Pſal. 33. Oculi dñi ergà iuſtos, et aures eius ad clamorem eorũ. Qui igitur ſemper

per respicit timentes, non potest non semper uigilare, sanctus est uigil, Danie. 4. non obdormit.

CIII.

Statutum est hominibus semel mori. Hebræ. IX.

Omnis qui credit in me, non morietur in æternum. Ioan. XI.

Priori parte Conciliationum nostrarum diximus de triplici morte: Vna corporis, cui subiacent uniuersi homines: altera animæ, quæ peccatoribus imminet: tertia æterna, ea est maledictorum, idq; satis superq; fulcitum est ex quinto capite Ioannis. De prima loquitur Apostolus, Hebræ. 9. Quatenus illud manet omnes homines, ut semel moriantur: post hoc autem iudicium, id est omnes semel defungentur secundum corpus, ut morte naturæ concedant, nemo est, qui non fato succumbat, aut mortem effugiat, & post hanc mortem erit iudicium. At Christus Ioan. 11. de morte æterna dicit, quæ impietatis stipendium est, cum inquit: Omnis qui credit in me, non morietur in æternum, id est mors non incommodabit electis, non absorbebit omnino, sed cuomet rursus in uitam longe meliorem atq; diuturniorẽ. Ioan. 5. Amen amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in condemnationem nõ uenict, sed transiit à morte in uitam. Et Ioannis. 11. Ego sum resurrectio & uita,

Mo om

Pij non moriantur.

Mors somnus.

qui credit in me, etiam si mortuus fuerit uiuet. Mors piorum somnus est suauissimus & transitus ad diu exoptatam uitam, æternam scilicet hæreditatem. Moriemur igitur omnes corpore, at non anima et spiritu. Pij enim uiuent in æternum. Mors corporis communis est omnibus, mors animæ tantum impijs.

CIIII.

Iustus in fide sua uiuet. Abacuc. ij. Hoc fac, & uiues. Lucæ. x.

Nemo iustus, nisi fidelis.

Vt nemo iustus, nisi fidelis, qui uere credit in deum patrem per dominum nostrum Iesum Christum, id est, qui non fidit suæ sanctitati, suis meritis, iusticiæ, natiuitati, sapientiæ, operibus: sed in deum sperat, nomen dei inuocat. Ita nemo uere uiuit, nisi iustus & credens. Et nemo iustificatur et uiuit ex ullis operibus legis, sed ex sola fide, uelut omnis sacra scriptura pleniſsimis uerbis prædicat. Præterea nemo obseruat & implet legem, nisi solus iustus, id est, fidelis. Iusticia dei & fides est uita. Infidelitas autem mors est. Et Christus non remittit legisperitum ad operum iustificationem. Non enim dixit: Si non occideris, iustus eris corã deo: sed ad fidem, hoc est obedientiam uerbi sui inuitat, & iubet diligere dominum ex toto corde, anima, mente, uiribus: quod nihil aliud est quàm intentum esse in deum, fidere deo, inniti deo. Nemo enim diligit deum toto pectore, nisi uere pius & fidelis. Hoc fac, id est, obedi dei imperio, di-

Nemo uiuit nisi iustus.

Hoc fac & uiues.

lige ex

lige ex animo, ſyncere, non in hypocriſi, ſpera in domino, non in tua iuſticia, & benefac egenti, & ſaluus eris. Et tribuitur hic fidei iuſtificatio æque atq; Abac. 2. cum ait uir dei: Iuſtus in fide ſua uiuet, id eſt, uita, ſalus, & ſanctificatio iuſti ex fide ſua eſt, non ex ullis meritis. At ſi uoles omnino urgere Chriſtum operibus tribuere iuſtificationem. Reſpondeo: Deum non reſpicere ad laruas externorum operum, ſed in abyſſum cordis in fidem. Ieſaiæ undecimo, Hieremiæ quinto. Si cor fuerit mundum, pura ſunt omnia. Titum primo. Mundis omnia munda. At ſi oculus malus fuerit, totum corpus tenebroſum erit. Matthæi. 6. Cor eſt radix operum, & iuxta cor iudicat deus. Adde quod lex ſpiritualis eſt, & nos carnales, nec uult carnaliter impleri, ſed ſpiritualiter: affectus & cor ipſum exigit, non manum tantum, id eſt externum opus. Igitur nemo implet legem, niſi ſpiritualis, id eſt, uere fidelis, iuſtificatus fide: ideoq; fide iuſtificatur homo, & bonus bona agit. Arbor bona gignit fructus bonos, fructus ſapidi ſunt argumenta fœcundæ & bonæ arboris, quæ arborem nihil reddunt meliorem. Si ex operibus eſt iuſticia, fruſtra Chriſtus mortuus eſt, Galat. 2. nihil opus haberemus gratia, ſi opera noſtra iuſtificarent nos inopes, at quia nihil poſſumus ex nobiſipſis, gratia opus eſt.

CV.

Lex miniſtra mortis. ij. Corint. iij.

Mandatum eius uita æterna est. Ioannis. XII.

Per legem est cognitio peccati, Roma. 3. id est lex reuelat animi morbum, & transgressoribus maledictionem indicat, Deut. 27. Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut opere perficiat. Lex non iustificat, nec est data diuinitus dispositione angelorum, ut sanctificet perfecte, Hebræ. 7 sed dei uoluntatem & beneplacitū indicat, quid dominus requirat à nobis, quid non. Deinde mortē minatur, si quis negligat aut contemnat legem. Hoc agit Paulus, cum ait: Lex est administratio mortis, hoc est lex uniuersa nostra condemnat, & reos agit nos, deinde occidit quoq; non uiuificat, quod est spiritus officiū, non sanat, non erigit, non consolatur, sed terretet trepidare facit, ad desperationem adigit, iram operatur, & mortificat, agit nos in crucem, mortem, infernum. Christus uero, Ioannis duodecimo, non loquitur de lege, sed de mandato sibi à patre suo cœlesti delegato. Non misit deus pater Christum filium suum, ut condemnet mūdum, sed ut seruet, gratiam patris annunciet, Euangelium, id est, remissionem peccatorum prædicet. Iesa. 61. Luc. 4. Istud nunciū, qui fide arripuerit, seruabitur in æternum, iuxta illud: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, Marc. 16. Et Euangelium est potentia dei, ad salutem omni credenti, Ro. 1. Euangelion itaq;

Lex quid operetur.

est uita

est uita æterna, non lex. Et Christus missus est ut sanet non occidat. Quærat quod perierat: hoc præcepit illi pater, ad hoc misit eum pater. Aliud igitur est lex, aliud Euangelium. Lex occidit, Euangelium uiuificat, de quo alias abunde dictum.

CVI.

Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt. Gala. v.

Nemo carnem suam unq̃ odio habuit. Ephes. v.

Crucifigere carnem, est mortificare ueterem hominẽ cum conuersationibus suis, abnegare semetipsum, pœnitentiam agere, exuere corpus peccati, mori peccato, ut in nouitate uitæ ambulemus, & iustitiæ seruiamus. Qui enim in carne sunt, deo placere non possunt. Et debitores sumus non carni, ut secundum carnem (quæ est natura, ratio & ingenium hominis) uiuamus. Nam si secundum carnem uixerimus, moriemur, Roma. 8. Quòd si spiritu facta corporis mortificauerimus, uiuemus. Qui Christum induerunt, mortui sunt carni, abrenunciauerunt carnalibus desiderijs & mundi delitijs. Et caro alias semper pro ueteri homine sumitur, id est, pro eo quod est homo, quantus quantus est, natura et libero arb. At in Ephesijs metaphoricos pro uxore capitur, qd' sit os de ossibus, et caro de carne, Geñ. 2. et iã nõ sint duo, sed una caro. i. unũ corpus. Vxores uero nõ crucifigendas, uxores

Crucifigere carnem.

Caro quid significet potissimũ.

Caro pro uxore.

hoc est habendas odio, sed amandas & tolerandas monent apostoli. Qui enim diligit uxorem suam, seipsum diligit. Nullus enim unquam naturali ingenio suam ipsius carnem odio habuit, imò enutrit ac fouet eam, sicut & dominus ecclesiam. Ephes. 5.

CVII.

Non acceperunt promissiones. Hebræor. XI.

Assecuti sunt promissiones. Ibidē.

Nolo rem per se non difficilem multis uerborū ambagibus reddere obscuriorem, uelut non pauci facere solent, qui ut soli uideantur sapere, & rem acu tetigisse non perstringunt id, quod scribunt paucis uerbis, sed longis anfractibus, magno lenocinio uerborum, sesquipedalibus, & ad gloriam excogitatis sermonibus exornant, & rhetoricantur mirum in modum, quos ego non probo. Veritatis oratio debet esse recta et simplex, nō confusanea & perplexa, aut eminentia sermonū splendens, sed perspicua, facilis, integra. O quàm multos uidi, qui ex musca elephantē, & ex tenui aumulo magnū produant olympum, sed quàm cōmodè uideant ipsi. Si ueritas multitudine & fuco uerborum constat, & nō potius simplicitate aut rectitudine, paucos reperies rectos ueritatis pfessores. Ego quod duobus uerbis possum explicare nō longa garrulitate expediam, sint alij uerbosi, et ære dodonæo loquaciores, ego quod sentio,

breuibus

breuibus dicam, nisi ubi summa necessitas cogerit loquacitatem. Apostolus igitur, ut ad rem accedamus, hoc agere mihi uidetur, Abrahamum, Isaachum & Iacobū non accepisse promissiones, hoc est, rem promissam aut promissionum executionem, quæ tamen temporalis fuit, sed tantū credidisse promittenti deo. Nam deus pollicitus est Abrahæ & semini eius terram Chanaam, Geñ. 12. & 15. uerum promissioni non fecit executionem, nō præstitit promissā terrā. Et ut inquit diuus Stephanus, non dedit illi hæreditatem in ea, ne uestigiū quidem pedis, & repromisit illi eam se daturū possidendā, & semini eius post ipsū, cū non haberet filiū, Acto. 7. Expectauerunt igitur patres promissionem, crediderūt salutarunt q; & confessi sunt, se hospites atq; aduenas esse in terra, Heb. 11. sed rem promissam tantū fide possederūt, non re ipsa. Sicut nos nūc tantum per speculum in ænigmate uidemus deū, tunc autem facie ad faciē. 1. Cor. 13. uidebimus eum sicuti est. 1. Ioan. 3. Ita illi promissionē audierūt, sed rem promissam, id est, hæreditatē terræ Chanaan non acceperūt nisi ænigmaticos. Vera promissio, de qua nobis sermo, uita est æterna, hæreditas cœlestis patriæ, nouæ Hierusalem, quam in fine seculi mutuo omnes sancti possidebimus & hæreditabimus, quòd deus de nobis melius quiddam prouiderit, ne sine nobis consummarētur, qui fide defuncti sunt. Itaq; illæ promissiones spirituales in hoc seculo non exequentur plenissime, sed in futuro, id est, post hanc uitā in consum-

Patres non acceperunt promissionē

Promissio uera est uita æterna.

matione ſeculi, tum poſsidebunt uere terram fluentẽ mel le & lacte, quæ eſt æterna beatitudo, & ſine fine gaudium & regnum omniũ ſeculorum. Vt intelligas plures eſſe dei pollicitationes. Vna eſt promiſsio terræ Chanaan, quam Abraam, Iſaac, Iacob non acceperunt in ſe, uelut paulo ante memini, de hac ipſa loquitur Apoſtolus cum inquit: iuxta fidem mortui ſunt hi omnes, cum non accepiſſent promiſsiones, ſed procul eas uidiſſent, & credidiſſent &c. Acceperunt tamen eam in filijs Iſraël ſuccеſsoribus ſuis, ut abunde totus liber Ioſua teſtatur, & huc pertinet locus Ezechielis triæſimo tertio: Vnus erat Abraam & hæreditate poſſedit terram, id eſt, in filijs ſuis poſſedit, aut per fidem. Alia eſt ſpiritualis promiſsio, qua electis dei, id eſt, credentibus uita æterna eſt promiſsa ab æterno, Ioannis ſexto: Omnis qui uidet filium dei & credit in eum, habebit uitam æternam. Hanc promiſsionem ante diem iudicij nemo perfecte accipiet, tum enim erit reſurrectio iuſtorum ad uitam immortalem & induemus incorruptibilitatem. Tertia eſt priuata & ſingularis promiſsio, qua etiam priuatim priuatis factæ ſunt aliquot pollicitationes, ueluti Dauidi promiſſum eſt regnum Iudæ, 1. Regum 13. & 16. Actor. 13. Ezechiæ regi Iuda ſanitas, 4. Regum 20. Gedeoni, quòd liberaturus eſſet Iſraëlem de manu Midian, Iudicum 6. Barach quòd oppreſſurus eſſet Siſseram ducẽ exercitus regis Chanaan, Iudicum 4. Samſoni, quòd eſſet Iſraëlem ere-

Promiſsiones multiplicas.

lem erepturus de manu Philiſtinorum. Iudicum. 13. & iſtas promiſsiones aſsecuti ſunt, decq; illis loquitur Apoſtolus, & probat quòd ſanctos uiros, quibus factæ ſunt tales promiſsiones, nominatim recenſuerit, ut intelligas aliquot priuatas & ſingulares promiſsiones accepiſſe, quæ fuerunt temporales & bonorum huius terræ. Rurſus aliquot promiſsiones non accepiſſe, & iſtæ fuerunt ſpirituales & æternorum bonorum, quæ in fine ſeculi uere poſsidebimus, ſic prouidente deo, ne ſine nobis conſummarentur ſancti, id eſt, perfectionem acciperent, & ante nos in regnum dei cœleſtemq; gloriam ingrederentur, ut communi gaudio & felicitate perfruerentur. Expende totum caput diligentiſsime, & uidebis conciliationem hanc noſtram non eſſe falſam.

CVIII.

Non bibam poſt hac ex hoc fructu uitis, uſq; in diem illum, cum bibam illud uobiſcum nouum in regno patris mei. Matth. XXVI.

Comedimus & bibimus unà cum illo, poſteaquã reſurrexit à mortuis. Actorum. X.

Chriſtus relicturus hunc mundum, & iturus ad patrem, hoc eſt ſubiturus mortem pro nobis, ut pararet nobis regnum ante ſupplicium ſuum cœnam dominicã inſtituit

instituit & ualedixit suis discipulis, bibitq; una cum illis nouissimum haustum, priusquàm manifestaret resurrectionem suam, & declararet se uerum & potentem dei filium. Dixitq;: non bibam posthac uinum, donec resurrexero, & regnum spirituale, quod est regnum oim seculorum, auspicatus fuero, tum iterum bibam uobiscũ.

Regnum Christi à resurrectione cœpit.

Christus ingressus est regnum patris, id est, declaratus est filius dei cum potentia, ex eo quòd resurrexit à mortuis. Rom. 1. Ante resurrectionem, id est, glorificationem eius non erat planè manifestum ipsum esse naturalem dei filiũ. Resurrectio ipsius à morte prodidit eius diuinitatem. Voluit igitur dicere: Non edam & bibam posthac uobiscum in hoc mortali, quod circumfero, corpore, expediam prius patris uoluntatem, crucifigar, sepeliar & resurgam, deinde post diem illum regni mei & resurrectionis, bibam rursus uobiscum. Vnde legimus ipsum postquam resurrexit sæpius manducasse cũ Apostolis. Luc. 24. Ioan. 21. Hinc etiam Petrus ait se comedisse & bibisse cum eo à resurrectione mortuorũ Porrò nouũ uidetur dicere quod post resurrectionẽ iam nouus sit factus & immortalis, qui prius mortalẽ hoiem circumferebat, & caro factus erat. At si quis uelit ad spiritualem manducationem in regno dei, id est, ecclesia electorum referre, quid ad me?

Christus edit à resurrectione.

CIX.

Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit

descendit è cœlo filius hominis qui est in cœlo. Ioan. iij.

Pater quos dedisti mihi, uolo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant gloriã meã. Ioan. xvij.

Alter locus prioris interpres est, ideoq; nihil pugnãt, Christi sumus & cum Christo quotquot credimus in nomen eius. Vbi sumus congregati in nomine eius, ibi est ipse in medio nostri, Matth. 18. Caput noster est, nos ipsius corpus & membra. Ipse in cœlis habitat, est & nostra conuersatio in cœlis. Philip. 3. Sumus conciues sanctorum, & domestici dei, Ephes. 2. idq; per dominum nostrum Iesum Christum, non ex nobis ipsis, aut nostra iusticia. Ipse descendit in nostram infirmitatem & nos secum euexit. In ipso ascendimus, & sine ipso non est nobis uia aut transitus ad cœlum. Ioann. 14. Nemo uenit ad patrẽ nisi per me. Nihil emeruit nobis patrẽ, quàm Iesus Christus filius dei. Nihil cõciliat nos patri, quàm sanguis domini nostri Iesu Christi. Nihil cœlum nobis aperuit, quà solus Iesus. Ipse spiritu sancto nos superinduit, qui facit nos unum cum ipso. Eundẽ enim spiritum effundit in nos, ideoq; unus spiritus, una fides, unus baptismus, nos ipsi unit, & unum corpus efficit. sic alibi dixit: Iterum ueniam & assumam uos ad me ipsũ, ut ubi sum ego, et uos sitis, Ioan. 14. Licet corpore absi-

Per Christum est nobis aditus ad prẽm.

re abſimus à regno cœlorum, ſpiritu tamen ſemper cũ deo uiuimus. Chriſti ſpiritus, qui in nobis eſt, trahit nos ad ſe: non aſcendimus ad regnum cœlorũ noſtris meritis & uirtute, ſed per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum. Itaq; ubicunq; terrarũ egerimus, dominus erit nobiſcũ, quemadmodum ſanctiſsimus ille citharœdus cecinit: Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernum ades. Pſalmo. 138.

CX.

Peccati eorum non recordabor amplius. Ierem. XXXI.

Non exibis illinc, donec perſolueris extremũ quadrãtẽ. Matt. V.

Præſens uita ac ſeculum ſerendi, plantandi ſeminandiq; tempus habet: in altero autem ſeculo demetendum erit. Nam quicquid homo ſeminauerit, hoc & metet. Qui ſeminat per carnem ſuam, de carne metet corruptionem: ſed qui ſeminat per ſpiritum, de ſpiritu metet uitam æternam, Gal. 6. Meſsis enim erit cõſummatio ſeculi interprete Chriſto, Matth. 13. Tum qui bona ſecerunt & ſeminauerunt, ibunt in uitam æternam: qui uero malos fructus produxerunt, in ignẽ ibunt æternũ, Ioan. 5. Viuentibus in hoc ſeculo pœnitentia congruit, emendiq; olei facultas. In altero ſeculo credentibus corona uitæ reddetur. Hieremias itaq; de nouo teſtamento in Chriſto Ieſu reuelando prophetat, in quo omnibus uiuis &

uis & in dominũ ſperantibus iniquitas remittetur. Chriſtus uero de meſſe loquitur, in qua impij, crudeles & immites detrudendi ſint in gehennã. Nouum teſtamẽtũ eſt remiſsio peccatorũ per ſanguinem Chriſti: pertinent ad nouum teſtamentum, qui pœnitentia acta uere reſipuerunt, dolentq; de omnibus iniquitatibus ſuis, & inuocant nomen domini, id eſt, credunt in nomen unigeniti filij dei, credunt ſanguine Chriſti ſe purificatos & reſurrectione iuſtificatos, Rom. 4. Mortuus enim eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtri, hoc agit propheta Ieremias cap. 31. & Apoſtolus Hebr. 8. ubi lege. At qui non pœnitent, nõ credunt, ij non accipient remiſsionem peccatorũ, ſed ibunt in ignẽ æternum. Qui crediderit, ſaluus erit, qui uero non crediderit condemnabitur, Marci. 16. Ioan. 3. Et Chriſtus Matth. 5. & 18. hoc agit, ſi non remiſeris fratri tuo, nõ recipies remiſſionem, ſed æterno torqueberis, & uermis tuus non morietur, Ieſa. 66. Promiſſa eſt iuſticia et peccatorũ remiſsio ſolũ pœnitentibus, Ierem. 18. Ezech. 18. 33. Mat. 3. Sup incredulos manet ira dei. Ioan. 3.

CXI.

Non ueni uocare iuſtos ſed peccatores. Matth. IX.

Longe à peccatoribus ſalus. Pſalmo. CXVIII.

Chriſtus induit carnem, id eſt, factus eſt homo, ut adnunciaret

re abſimus à regno cœlorum, ſpiritu tamen ſemper cũ deo uiuimus. Chriſti ſpiritus, qui in nobis eſt, trahit nos ad ſe: non aſcendimus ad regnum cœlorũ noſtris meritis & uirtute, ſed per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum. Itaq; ubicunq; terrarũ egerimus, dominus erit nobiſcũ, quemadmodum ſanctiſsimus ille citharœdus cecinit: Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernum ades. Pſalmo. 138.

CX.

Peccati eorum non recordabor amplius. Ierem. XXXI.

Non exibis illinc, donec perſolueris extremũ quadrãtẽ. Matt. v.

Præſens uita ac ſeculum ſerendi, plantandi ſeminandiq; tempus habet: in altero autem ſeculo demetendum erit. Nam quicquid homo ſeminauerit, hoc & metet. Qui ſeminat per carnem ſuam, de carne metet corruptionem: ſed qui ſeminat per ſpiritum, de ſpiritu metet uitam æternam, Gal. 6. Meßis enim erit cõſummatio ſeculi interprete Chriſto, Matth. 13. Tum qui bona fecerunt & ſeminauerunt, ibunt in uitam æternam: qui uero malos fructus produxerunt, in ignẽ ibunt æternũ, Ioan. 5. Viuentibus in hoc ſeculo pœnitentia congruit, emendiq; olei facultas. In altero ſeculo credentibus corona uitæ reddetur. Hieremias itaq; de nouo teſtamento in Chriſto Ieſu reuelando prophetat, in quo omnibus uiuis &

uis & in dominũ ſperantibus iniquitas remittetur. Chriſtus uero de meſſe loquitur, in qua impij, crudeles & immites detrudendi ſint in gehennã. Nouum teſtamẽtũ eſt remiſsio peccatorũ per ſanguinem Chriſti: pertinent ad nouum teſtamentum, qui pœnitentia acta uere reſipuerunt, dolentq; de omnibus iniquitatibus ſuis, & in uocant nomen domini, id eſt, credunt in nomen unigeniti filij dei, credunt ſanguine Chriſti ſe purificatos & reſurrectione iuſtificatos, Rom. 4. *Mortuus enim eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtri, hoc agit propheta Ieremias cap. 31. & Apoſtolus Hebr. 8. ubi lege. At qui non pœnitent, nõ credunt, ij non accipient remiſsionem peccatorũ, ſed ibunt in ignẽ æternum. Qui crediderit, ſaluus erit, qui uero non crediderit condemnabitur*, Marci. 16. Ioan. 3. Et *Chriſtus* Matth. 5. & 18. *hoc agit, ſi non remiſeris fratri tuo, nõ recipies remiſſionem, ſed æterno torqueberis, & uermis tuus non morietur*, Iſa. 66. *Promiſſa eſt iuſticia et peccatorũ remiſsio ſolũ pœnitentibus*, Ierem. 18. Ezech. 18. 33. Mat. 3. *Sup incredulos manet ira dei.* Ioan. 3.

CXI.

Non ueni uocare iuſtos ſed peccatores. Matth. IX.

Longe à peccatoribus ſalus. Pſalmo. CXVIII.

Chriſtus induit carnem, id eſt, factus eſt homo, ut adnunciaret

Christus re mittat pcta.

nunciaret nobis remissionẽ peccatorum, ut ad se alliceret contritos, pauperes spiritu, adflictos corde & peccatores. non uenit ad perdendũ animas hominum, sed ad seruandas, Luc. 9. prædicat igitur pœnitentiam in remissionem peccatorum. Vocat peccatores ad se, id est quos premit conscientia male sibi conscia, & istos uult resocillare, Matth. 11. Sani enim non opus habent medico, Marc. 2. Quòd uero propheta inquit salutẽ lõge abesse ab impijs, nõ intelligit peccatores pœnitẽtes, aut seipsos agnoscentes & misericordiam implorantes, sed de his loquitur, qui sunt impij, increduli, & inquieti animo & conscientia, qui blasphemant deum, nec audiunt uocem eius, uelut ipse rationem subijcit. Longe ab impijs salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt. Non quia peccauerunt (Nõ est enim homo super terram, qui non peccet. 3. Reg. 8.) sed quia uerbum tuum abiecerunt, & iustificationes tuas, siue statuta, quibus credentes iustificas, non exquisierunt, non intelligunt & non requirunt deum, non sperant in deo salutari suo, non inuocant nomen domini. Ideoq; longe abest ab illis salus, et hæreditas cœlestis patriæ. Ipse enim dixit: Qui me contemnunt, erunt ignobiles. 1. Reg. 2.

Salus lõge ab impijs.

CXII.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerũt patres tui. Prouerbior. XXII.

In præ-

In præceptis patrum ueſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis &c. Ezech. xx.

Qui uolunt ex iſto loco Prouerbiorum Salomonis humanas traditiones, quas alioqui dãnat uniuerſa ſcriptura, confirmare, manifeſte labuntur, & idem ex propheta Ezechiele erroris conuincuntur. In regno huius mũdi audiendi ſunt homines. At in regno ſpirituali ſolus deus magiſter & doctor eſt, Matth. 23. Nihil docendum in eccleſia Chriſtianorum, quàm ſolũ dei uerbũ. In ciuilibus rebus aliud eſt iudicium, in illis opus eſt legibus & ratione humana. Aliud agit Salomon, nempe ne per auaritiæ ſtudium arripias, quæ tui iuris nõ ſunt, nec ad hæreditatem tuam pertinent, ut ſorte tua contentus, relinquas unicuiq; quod ſuum eſt, ne per tyrannidem transferas priſcos limites, & omnia uelis ad te ui aut iniuria rapere. Eſtq; hæc ſententia è Moſe tranſcripta, ubi ſic legis: Non transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeßione tua, quam dominus deus tuus dabit tibi in terra quam acceperis poßidendam, Deut. 19. Propheta autem Ezechiel, quia uidit patres Iudæorum dereliquiſſe legem dei, & in ſtudijs ſuis & gentium abominationibus ambulaſſe, dixit ad filios eorum in ſolitudine: In præceptis patrum ueſtrorum nolite inædere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego dominus deus ueſter, in

Contra humanas traditiones.

Limites nõ transferẽdi

ſter, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite, & facite ea. Et ſabbata mea ſanctificate, ut ſit ſignũ inter me & uos, & ſciatis, quia ego ſum dominus deus ueſter & c. id eſt, impietatem patrum nolite imitari, ſed potius dñm deum ueſtrum audite, & benefaciet uobis.

CXIII.

Chariſſimi, non præceptum nouũ ſcribo uobis, ſed præceptum uetus, quod habuiſtis ab initio: 1. Ioan. II.

Rurſum præceptum nouum ſcribo uobis. Ibidem.

Lex de diligendo proximum, nũc nouum, nunc uetus præceptum ab apoſtolis appellatur. Vetus autem dicitur, quòd iam olim multis retro ſeculis & patribus & prophetis traditum ſit, deinde etiam cordi inſcriptum digito dei. At nouum propterea dici uidetur, quòd nouis, id eſt renatis ex aqua & ſpiritu, & iuxta nouum hominem uiuentibus ſit datum. Deinde nouum eſt, quia à Chriſto datur, & in corda ſcribitur. Vel nouum dicitur, quia innouatur et nouo populo, id eſt Chriſtianis repetitur, quod Iam phariſaicis conſtitutionibus antiquatum deciderat. Nam quis fuerit amor proximi in Iudæorum natione, ſatis perſpicuum erit, ſi quis diligentius exactiat quintum caput Matthæi, ſimulata erat dile

Vetus præceptum.

Nouũ præceptum.

rat dilectio, & tantum externa hypocrisis, corde, odio & inuidia, cede, dolo atq; iniuria madenti, ob id repetit ueterem legem, & nouam uocat, non quòd omnino noua sit, sed quòd in nouatione haberet opus, sicut Deuteronomion dicitur secunda lex, non quòd sit altera à priore: sed quia rursus repetitur filijs Iudæorum, quorum patres in deserto conciderant.

CXIIII.

Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit &c. Matt. vij. Lu. xi. Clamauerunt, & non erat qui saluaret, ad dominum, & non exaudiuit eos. Psalm. xvij.

Abundat scriptura promissionibus diuinis, quibus petentibus pollicentur sua uota & petitiones exaudiri, sed ijs tantum, qui corde recto quærunt dominum, qui non hypocrisi orant, & labijs strepunt tantum. Deus enim omnipotens diues & uerax est, præstat quod promittit, non fallit, pollicetur autem pœnitentibus & sperantibus in eum exauditionem, propterea reijcit hypocritas, qui tempore tribulationis ad ipsum confugiunt, non tanquam patrem, sed uelut horrendum iudicem, & suis opellis utcunq; simulatis placare student. De quibus Dauid Psalm. 77. Cum occideret eos, tũc exquirebant eũ (aliàs nunquã inuocaturi) et reuertebantur, & diluculo

Oratio fidelis exaudiri.

Hypocritæ nõ audiũtur

diluculo uenichant ad eum. Et dilexerunt eum in ore suo, lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles fuerunt in testamentis eius &c. Non audit impios, *quantumuis simulent pietatem, & multiplicauerint preces. Solũ cor intuetur, nõ battologiam. Hiere. 5. Domine oculi tui fidẽ respiciunt.* Igitur *Moses recte hos locos interpretatur, Deute. 4. Cum quæsieris dominum deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris, & tota anima tua, cum tribulatus fueris &c. Fidei oratio penetrat cœlos. quicquid ex fide non fit, peccatũ est, Roma. 14.* Ita *interpretare similes locos. Et. 1. Ioan. 5. Hæc est fiducia quam habemus apud deũ: quòd si quid petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos &c.*

CXV.

Dominus ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum, & non est alius. Deutero. iiij.

Sathan deus huius seculi. II. Corinthio. iiij. dicitur.

Deus unus. *Vnus est deus uerus & omnipotens, qui creauit & moderatur uniuersa, hic est dominus cœli & terræ, omnia subiecta sunt pedibus eius, nihil est in cœlo & in terra cui nõ potentissime dominetur, ipsius est regnum, potentia, & gloria, ipse est primus & nouissimus, &*

omnia

omnia in omnibus. Quòd uero sunt qui dicantur dij, ue Dij multi.
luti iudices & doctores, non sunt uere dij, sed per deno
minationem, quemadmodum prima parte Conciliatio=
num nostrarũ retulimus. Ita Sathan non est uerè deus,
quia ne tantillum poterit sine deo cœli et terræ, seruus
est altissimi, & ad nutum ipsius regitur. Dicitur autem Sathã quõ
deus huius seculi & princeps, non quod sit uere deus deus huius
huius mundi: sed quia mundus relicto deo uiuente, ser seculi.
uit diabolo & cupiditatibus suis obsequitur, recte dici-
tur deus huius seculi. Id enim deus noster est, quod à no Deus no
bis colitur, cuius uoluntati obtemperamus, & cuius stu= ster quis
dia sectamur. Iam quando peccatis seruimus, uoluptati
operam damus, Genio indulgemus, & egregie curamus
uentrem, ipse uenter deus noster est. Si auaritiæ studes= Venter de-
mus, & cumulãdis opibus inhiamus, Mammon deus no us noster.
ster est. Vnde & Paulus auariciam uocat idololatriam, Mammon
id est idolorum & alienorum deorũ cultum, Coloss. 3. deus noster
Et auarum simulacrorũ cultorem. Ephes. 5. Ita Sathan
deus & princeps dicitur, quod seruiat ipsi mundus, &
se mancipauerit ei, dũ facit quæ carni & menti libent, Dij carnis.
conuersatur in concupiscentijs carnis, non facit legem dei
uiuentis, sed declinat ad sua desideria. Fortis armatus
est, at deus noster multo fortior est. Caro semper fingit
deos alios quos adorat, non uult uiuentem deum ado-
rare, nisi mortificetur spiritu sancto, & quos sibi fingit,
non sunt uere dij, sed opera manuum hominũ, aut dæ=
mona, sic olim gentes plurimos sibi cõstituerunt deos,

Iouem, Mercurium, Saturnum, Martem, Bacchum, Venerem, Iunonem, &c. de quibus uide Augustinum in libris de ciuitate dei. Stulta gentilitas non curauit deũ cœli. Et nos sub Romano Antichristo alios atq; alios finximus deos & patronos, spreto conditore cœli & terræ, unde sunt & tot templa magnificæ extructa, tot imagines, tot altaria, tot ritus sacrorum, tam diuersæ cæremoniæ, ut ad nos æque possit dicere propheta dei, atq; olim ad Iudæos: Secundum numerum ciuitatum tuarũ erant dij tui Iuda, & secundum numerum uiarum tuarum Hierusalem, posuisti aras confusionis ad libandũ Baalim, Hieremiæ undecimo. Istud templum est Apostolo consecratum, aliud martyri, hoc Virgini, & arguit ipsa templorum dedicatio & diuersitas, deorum multitudinem quos adoramus, & per omnia superstitiosores facti sumus gentibus. Faxit deus, ut resipiscamus & diligamus, ac metuamus dominum deum nostrũ ex toto corde. Ipse enim deus uiuens & rex sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra, & non sustinebunt gentes comminationem eius. Sic ergo dicamus eis: Dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt, Hieremiæ decimo.

Deus huius mundi Sathan.

Habes nunc cur Christus Sathanam principem huius mundi, & Paulus deum huius seculi uocet, quòd mundus ad uotu ipsius uiuat, ipsum colat, adoret et seruiat, se totum illi dederit regendum. Vnde etiam ipsius regnum dicitur regnum mundi, & regnum tenebrarum,

quòd

quod lux uera, quæ Christus Iesus est, non luceat illic, sed peccata, errores, tenebræ dominentur: nec reguntur à uerbo domini, sed suis affectibus. Locum Pauli. 2. Corinth. 4. alij aliter interpretantur, non de Sathana, sed deo uero, quorum intelligentiam subijcio ecclesiæ iudicio, contentus dixisse, quare Sathan deus & princeps huius seculi nominetur. In summa: Deus quamuis dominus omnium sit: quia omnia ab ipso creata sunt, & in omnibus ipse dominetur potestate, uirtute, natura. Horum tamen præcipue dominus & deus esse dignatur, qui dominum ac deum suum uere agnoscunt, præceptaq; eius fideliter custodierint. Sathan uero horum tantũ modo dominus intelligitur, quos à uero deo ac parente seducens per incredulitatis peccatum, nequissime suæ subiugat seruituti, & quibus per iniquitatis suæ operã, illicito iure dominatur: quando igitur mundo incredulo per peccatũ dominatur, recte deus & princeps huius seculi appellatur.

CXVI.

Dominus in montem Sina descendit, & dedit legem. Exod. XIX. Accepistis legem per dispositionẽ angelorum. Acto. vij.

Non est obscurum dominum deum nostrum in mõ Dñs utitur te Sina per angelos, qui sunt administratorij spiritus, ministerio Mosi legem tribuisse, & tamen ipse dicitur tradidisse creaturarũ

per συνεκδοχὴν, id quod frequentißimum eſt in ſcripturis ſacris: Locutus eſt dominus ad populum ſuũ Iesa.1 ſciliæt per angelos, aut Moſen, aut prophetas. Euertit dominus caſtra Hebræorũ, aut per angelos, aut per aliorũ miniſteriũ. Ioan.4. Baptizauit Ieſus ſciliæt per apoſtolos ſuos, remiſit peccata per miniſteriũ ſuorũ apoſtolorum, conuertit ad ſe per inſtrumenta et media, & ſic de alijs. Nos enim miniſtri ſumus dei, & diſpenſatores myſteriorum eius. 1. Corinth. 4. Ipſe operatur in nobis uelle & perficere, Philip. 2. Dei ſumus cooperarij. 1. Corinth. 3. Quando prædicamus Chriſtum, nõ noſtrum opus facimus, ſed dei: quia ſumus dei miniſtri, baptiſmus ſuum opus eſt, non noſtri. Ipſe paſcit corpore & ſanguine, nos miniſtri iuſſa ipſius expedimus, & diſpenſamus myſteria eius, ut intelligas quid uſurpemus nobis in miniſterio eccleſiæ. nihil agimus propria temeritate, niſi quod præcepit dominus, organa dei ſunt uniuerſæ creaturæ, ipſe conditor, artifex & magiſter uniuerſorum. Sic legem quidem dedit dominus ipſe, & locutus eſt Moſi in monte Oreb, ſed per angelos ſuos, ut legis Acto. 7. & Galat. 3. Heb. 2.

Miniſteriũ diaconorũ.

CXVII.

Ecce ego mitto uos in medio luporum. Matth. x.

Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Ioan. xiiii.

Chriſtus

Christus hanc quæ in uerbis apparet, pugnantiam conciliat dum inquit: In mundo afflictionem habetis, in me uero pacem, Ioan. 16. Mundus uos persequetur, & fugabit de una ciuitate in aliam, nunquam sinet uos securos agere, semper insidiabitur, semper ignominia adficiet, & tam securi & quieti eritis in mundo, quàm est simplex ouicula in medio agmine ferociũ luporum, quia non de mundo estis, propterea odit uos mundus & intentabit omne malum, calumniabuntur, flagellabunt, & occident, & non erit uobis pax in mundo, at intus in spiritu habebitis pacem, quia in me credidistis, & ego ero uobiscum & consolabor uos spiritu meo, Ioannis. 14. Alium consolatorem dabit uobis pater, ut maneat uobiscum in æternum, spiritus ueritatis, quem mũdus non potest accipere: ita ut ab una parte ab inferis, à carne, à mundo, semper affligemini, ab altera parte, à superis, à spiritu consolabimini & tranquillam habebitis conscientiam. Iustificati enim fide pacem habemus erga deum per dominum nostrũ Iesum Christũ, Rom. 5. Ipse est pax nostra, Ephes. 2. Foris à regno tenebrarum nirum immodum adfligemini & feretis ingentes molestias, intus corfortabit uos dextera dei, foris pugna, intus gaudiũ. Et militia est uita hominis super terram inquit uir dei, Hiob. 7. Necesse est igitur Christianos perpetuò armatos esse, fide & uerbo domini, ut fortiter ferãt huius mũdi turbas. Ait enim Christus: Eritis inuisi omnibus hominibus, propter nomen meũ, quia

Christianis nõ est pax à mundo.

oues mei estis, adorientur uos lupi rapaces, & eritis agnu simplices in medio luporũ. At ego pacem, quæ spiritualis & interna est, uobis relinquo, nihil incommodabit mundus. Ego enim uobiscum sum & eruam uos ne uincamini ab hostibus tam infensissimis, tranquillam habebitis conscientiam, scientes hæc bona mea uoluntate uobis accidere non ut pereatis, sed salui fiatis. Per multas enim tribulationes oportet nos in regnũ cœlorũ ingredi, Act. 14. & non sunt pares præsentis scauli adflictiones, gloriæ quæ reuelabitur erga nos. Rom. 8. *cũ uidebimꝰ dñm facie ad faciẽ. 1. Cor. 13. sicuti est. 1. Io. 3.*

CXVIII.

Date eleemosynam, & ecce omnia munda. Lucæ. XI.

Et si erogauero oẽm substãtiã meã in usum pauperũ, charitatẽ autẽ nõ habeã nihil sum. I. Cor. XIII.

Christus quoties de operibus loquitur, non disputat phariſæorũ more, qui tantũ in manũ respicicbãt, id est, externã sanctitatẽ, etiã si cor impurũ minimeq; spiritu dei sanctificatum esset, ipse uero nõ iuxta uisionem oculorum iudicat, Iesaiæ. 11. sed corda & renes scrutatur. Charitas sctificat oĩa opera. *Ait igitur: Date eleemosynam & omnia munda sunt uobis. Diligentibus enim deum omnia cooperantur in bonun, Roman. 8. Et mundis omnia munda, Titum. 1.*

Si ueram

Si ueram charitatẽ habueritis, nihil eſt immundũ uobis. habent aũt ueră charitatẽ, quicunq; fide iuſtificati ſunt, id eſt, qui oĩa iuxta uerbum agunt, & in ſolũ Chriſtum intenti ſunt, nihil agunt quod non ſciãt ſumme placere deo. 1. Tim. 1. Finis præcepti eſt charitas, ex puro corde & cõſcientia bona, & fide nõ ſimulata. Nihil gratũ eſt deo, ubi aberit charitas, Mat. 5. Si offers munus tuum ad altare &c. Oſeæ. 6. Miſericordiã uolo & nõ ſacrificiũ. Ait igitur Apoſtolus: Si abſit uera charitas nullius momenti erit eleemoſyna, id eſt, ſi non ex integra dilectione proximi diſtribuis facultates tuas, ſed ut uideare et populare gloriolã ueneris, nihil facies. At ſi ex fide & charitate nõ ficta præſtabis eleemoſynã, non perditurus es mercedẽ tuã, Matt. 10. Quicunq; ad bibẽdũ dederit uni ex puſillis his poculũ aquæ frigidæ, tantũ nomine diſcipuli, Amen dico uobis: nõ perditurus eſt mercedẽ ſuã, Rom. 13. Conſummatio legis eſt dilectio. Gal. 5. Tota lex in uno uerbo completur, nempe hoc: Diliges proximũ tuum ut teipſum. Huc facit etiã quod Daniel propheta ad regem Babilonioriũ dicebat: Rex conſilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitan ignoſcet deus delictis tuis, Dani. 4. Nec iubet ſcriptura te in opus tuum reſpicere, etiam cum feceris omnia, quæ præcepta ſunt tibi, Lucæ decimo ſeptimo. ſed in dei promiſſionem. Ieremiæ nono. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. &c.

Eleemoſynæ præſtãtia.

Non

CXIX.

Non occides. Exodi. xx. Qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Exodi xxi.

Nõ occidas

Præceptum de non occidendo, ad omnes priuatos, qui non sunt in eminentia constituti, pertinet, nulli licet alterum interficere aut sumere ultionem, & Christus legẽ de non occidendo interpretatur, Matth. 5. quòd etiam omnis iniuria sit ferenda propter dominum, Rom. 12. Nec licet tibi priuato etiam nocentem occidere, et ulcisci acceptam iniuriam. Præceptum enim habes: Ne occides. Sed inquies: Quo pertinet igitur, quæ plurima in lege sunt, de interimendis sontibus & publicis latronibus, & si qui sunt scelesti homines, si ergo nec alius occidere debet eiusmodi sicarios, quis securus domi manebit? tamen mandauit dominus tollendos malos. Sed uide tu, an tibi præceperit, an ad te pertineat istud. Abraamo præceptum erat de imolando filio, tibi non item. Primum uidendum tibi est diligentissime, ad quem pertineat præceptum domini de occidendo. Magistratui cõmissum est ius gladij, si magistratum geris, non tuam rem agis, sed domini, puniendo nocentes. At si non es iudex ordinarius, caue ne gladium arripias, Christus enim te feriet ista sententia: Qui acceperit gladium, peribit gladio, Matt. 26. Vnde Paulus ait: Omnis potestas est à deo, et quisquis resistit potestati, dei ordinationi resistit, qui aũt resistẽrint

Occidendi præceptum ad quos pertineat.

reſtiterint, ſibijpſis iudicium accipient. Nam principes non terrori ſunt bene agentibus, ſed male. Vis autem non timere poteſtatem? quod bonum eſt facito, & feres laudem ab illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonũ, quòd ſi feceris id quod malum eſt, time, non enim fruſtra gladium geſtit, nam dei miniſter eſt ultor ad iram ei, qui quod malum eſt fecerit &c. Rom. 13. Dijs, id eſt iudicibus præcepit lex ut occidant malos & ſontes, tibi priuato non, iudex non eſt perſona priuata, ſed dei miniſter (Gottes ſtatthalter) Ideoq; dei loco plectit noxios. Iudicium eſt domini, Deut. 1. & 2. Paralip. 19. Hic uideant iudices ne ſiniſtre iudicent, ne muneribus corrupti aut fauore ſiue affinitate moti, aut ſuis affectibus ſeruientes iniquum pronunciant iudicium. Domini eſt iudicium non priuatum, Prouer. 16. Pondus & ſtatera iudicia domini ſunt. Ciuilis adminiſtratio & magiſtratus dei eſt ordinatio, ideoq; punire poſſunt, quicunq; ciuili & ordinariæ poteſtati reſiſtunt & ſubtrahunt. Hoc tamen cauendum eſt poteſtatibus, ne quid ſibi arrogent, quod ad ciuilẽ adminiſtrationem nõ pertineat, uelut eſt in rebus fidei iudicare, iſtud iudicium ad ſpirituales ſpectat qui uerbo domini præſunt. & hi debent ſpiritualibus armis confodere ueritatis hoſtes et apoſtatas. Magiſtratus ciuiles non niſi in rebus ciuilibus adminiſtrationem habent, ſunt enim regni mundani iudices & principes, non regni cœlorum & conſcientiarum, ſolus deus cordis & renum eſt iudex, ipſe ſolus de fide & incredulitate

Ad iudices admonitio.

2. Cor. 10. Galat. 6. Epheſ. 6.

Principes nõ iudicent in rebus fidei.

tate iudicabit. Ideoq; nõ licebit principibus in rebus fidei (ubi non aperta transgressio legũ ciuiliũ, furtũ, homicidiũ, seditio, latrocinũ, fornicatio, peculatus, periuriũ, pditio, aut alia publica crimina, quæ nõ tã diuina, q̃ ciuili lege prohibita sunt) quenq̃ cõdemnare, corporum enim sũt iudices nõ animorũ, Christus deus sibi soli mẽ tiũ, fidei, & ipietatis cõseruauit iudiciũ. At dices: Quid igitur Iudæi fecerunt priuati homines, inuaserũt gentes Chananeos, Amorreos etc. & occiderunt? Respõdeo ij iuxta uerbũ dñi egerũt, deus sic præceperat ipsis. Idcoq; nõ possunt peccare, qui iuxta dei mandatum egerũt, Si tibi idem datũ est præceptũ, audẽter fac quod iußus es à dño. Ast si non habes dei mandatũ, caue ne ex aliorum facto tibi mandatum statuas. In summa, priuato non licet occidere, nec malum malo rependere, Roman. 12. sed ferre iniuriam. At magistratibus præcepta est ultio qui non sunt priuatæ personæ, sed publici ministri, ideoq; publicam æquitatem asserere æquum est. De connumeræ filio perdendo lege Deuter. 21.

CXX.

Non facies furtum. Deut. v. Spoliabis Aegyptum. Exod. III.

Non furtũ faces.

Lex ista dei de non cõmittendo furto non tam tabulis lapideis inscripta est, sed & mentibus. Hoc enim habet lex naturæ: Quod tibi noles fieri, alteri ne facito. Ideoq; non tam diuina, sed & naturæ lex uetat ne furripiamus

ripiamus per furtum aut iniuriam proximo ne tantillum, nollemus enim id nobis fieri. Itaq; præceptum est ne furtum faciamus, sed quòd & Hebræorum facto exacerbare uelis, qui Aegyptũ spoliarunt, nihil faciet ad chordam. Israëliticis præceptum erat istud furtum atq; hoc solum, tibi non licebit factum aliorum, sed præceptum domini sequi. Si es in choro Israëlitarum ex Aegypto in terram Chanaã patribus promissam properantium, agendum & tibi secundum dei imperium. At quando non sis ex ipsorum chiliade, quid arripis ipsorum factum? Ipsis præceptum erat, tibi uetitum. Cur ipsos iusserit dominus, nihil ad nos. Iustus est dominus & recta iudicia eius, non debet nobis operum suorum rationem reddere, nobis agendum iuxta uerbum eius, quod ad nos aut uniuersos spectat. Nam sic præcipit, Deut. 12. Hoc tantum facito quod præcipio tibi, ne declinas siue ad dextram nec ad sinistram. De spoliandis fratribus, nihil nobis præceptum est, imò legibus uetitum, ideoq; uitandum furtum & benefaciendum fratribus, Ephesiorum quarto. Si quis furabatur non amplius furetur &c. Furtũ Israelitarum.

Postremo Christiani sumus, liberi à lege Mosaica ut magis deceat in Christum seruatorem nostrum defigere mentis oculos, quàm in Mosen. Moses defunctus est officio ubi ad fines terræ Chanaan deduxerit. Lex quoq; suum egit ministeriũm, postquam ad Christum direxit, Moses non iustificat nos: sed Christus, ideoq; nos iustificati in Christo, quid ad Mosen spectamus? Libertas Christianorum.

mus? Iusto non est lex posita, 1. Timot. 1. sed iniustis, raptoribus &c. Christiani & qui spiritu dei aguntur, suopte non occidunt, furantur, fornicantur, sed reddunt uniuiq; quod suum est, et honestius uiuunt quàm uulgus Ethnicorum.

CXXI.

Gratis accepistis gratis date. Matthei. x.

Dignus est operarius mercede sua. Luc. x.

Gratis accepistis.

Vult Christus ne dei beneficia & sacramenta nobis gratuita, et beneuolenti misericordia præstita, uēdamus alijs, sed potius distribuamus omnibus quando simus uilitici & dispensatores mysteriorum dei: potestatem quidem habemus ab illis accipere uictum & amictum, necessaria scilicet quibus adnunciamus uerbū dei, iuxta illud Pauli. 1. Corinth. 9. Dominus sic ordinauit, ut qui Euangelium adnunciant, ex Euangelio uiuant, & Galat. 6. Communicet qui catechisatur sermone, ei qui se catechisat in omnibus bonis, & 1. Timoth. 5. Presbyteri q bene præsunt, duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in sermone & doctrina. Dicit enim scriptura: Boui trituranti non obligabis os, & dignus est operarius mercede sua. Debent igitur Christiani audiores doctoribus suis administrare necessaria, qñ illi uiglant pro animabus suis, Hebr. 13. & totos dies

Prædicatoribus debetur uictus.

lectioni

lectioni scripturarum impendunt. Verum cauent, qui diuinitus acceperunt dona dei, ne pro auro aut argento uendant (uelut apud nos Papistici, siue Romani mercatores, qui indulgentias et omnia sacra pluris uendiderunt) hoc enim prohibet hic dominus, & nemo nescit quàm male asserit olim ijs, qui uendiderunt dei dona. Esau uendidit ius primogenitu pro lentis pulmento, Gene. 25. & iudicatus est inter reprobos. Gehasi seruus Heliſei lepra percussus est, quia postulauit munera ab Naaman Syro. 4. Regũ. 5. Simon magus uoluit à discipulis mercari, ut & ipse impositione manuum daret spiritum sanctum: sed audit à Petro: Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ, quoniã donũ dei existimasti pecunijs parari &c. Acto. 8. Vnde discimus dei dona nõ uẽdenda precio, sed gratis exhibenda, quæ gratis accepimus è liberalitate dei patris per Christum dominũ nostrũ, ipse citra omne meritum nostrum fecit nos homines ac filios dei, deinde sua benignitate benedicit & auget in nobis spiritualia & temporalia bona. Ista hæc uniuersa dei sunt dona, non merita nostra. 1. Corint. 4. Quid autem habes quod non accepisti? Ideo pro illis uniuersis gratos nos exhibeamus, laudemus eum & benedicamus in seaula: deinde ijsdem seruiamus proximo, quandoquidem ad fratris nostri utilitatem præstita sint nobis tot & tanta munera. 1. Corin. 12. Non sunt digni uerbo dei, qui non liberaliter suppeditant necessaria ministris ecclesiæ. Et hodie bona pars Germanorũ suo facto declarat

Venditio sacrorũ male cessit uenditoribus.

Dona dei in utilitatẽ proximi utenda.

clarat indignos se Euangelio, dummodo tam ingrati et illiberales sunt in sanctos episcopos: mallēt enim multi ab episcopis, id est pastoribus suis, etiam id quantulūcunq; est, quod habent, surripere, quàm aliud administrare. Et eò magis uidentur sibi ἐυαγγελικοτέρους, dum nemini tribuunt, sed potius expoliant uniuersos. Quum tamen dominus Iesus testante Paulo dixerit: Beatius esse dare, quàm accipere. Acto. 20. Ista ingratitudo pariet nobis maximum malum. Christum enim spoliantes, dum ministros eius priuatis necessarijs. Mihi inquit fecistis, quod uni ex minimis hijs meis fratribus fecistis, Matth. 10. & 25. Christum pascimus, dum ministros ipsius alimus. An hoc pusillum pascere Christum? Sed uæ nobis, qui tam large effudimus olim in Baalitas & ministros Sathanæ, ut illi omnium rerum copia abundarent. Et quid quæso defuit famulitio & sacerdotibus Baal? Vide saltem quàm magnificas ædes et sumptuosa monasteria extruxerint, quas non opes ad se rapuerint: quis nam non fuit liberalißimus in illos? Hodie uero cum dandum esset egentibus omnia marsupia sunt ære uacua. Et fingimus nos libenter audire Euangelicos buccinatores: uerum quando dandum est illis, omnes retrahunt manus, uniuersi produnt hypocrisim & ingratitudinem, quam alunt intus in pectore. Omnes quidem obtrudimus istud uerbum: Gratis accepistis, gratis date, quasi uenderentur nobis dona dei. Aut dicimus ministris uerbi, ut laborent manibus, ne sint

Ingrati auditores Euangelij.

alijs

alijs oneri: hic rursum se prodit iniquitas. An uerbi ministerium otium est, & nō potius labor perpetuus? Debebant illi auari & ingrati homines etiam expendere quæ supra retulimus, Catechumenam debere communicare in omnibus bonis catechistæ, quod dignus sit operarius mercede sua. An est uenditio aut preciū, quando pro iugibus & indefessis sudoribus recipimus alimenta? Vnde igitur uiuendum nobis? Num lacte digitulis nostris sugendum? Certe dignus est operarius mercede sua. Quis uerorum ecclesiastarum unquam uendidit dona dei? de hypocritis & lupis sub ouilla specie, nemo non uidit quanā mercaturam exercuerint, omnia habuerunt uenalia, cœlum & terram, deinde quoq; animas. Vnde emersit ille purgatorius ignis sub regno Antichristi, sed quis dicit illos fuisse ueros apostolos? Radix omnium malorum auaricia.

CXXII.

Eos qui peccant coram omnibus, argue. 1. Timot. v.

Argue eum inter te & ipsum solum. Matth. xviij.

Quidam sic conciliant istas duas sententias Christi & Pauli, ut ij qui publicè deliquerint, publicè quoq; arguantur. At qui in occulto, eos priuatim corripiendos, quando Christus dicat: Si peccauerit frater tuus in te, uade & argue eum inter te & ipsum solum, non exclu- Arguendi peccantes.

dens manifestam correptionem, si publicũ fuerit crimẽ. quasi diceret: Priuatus priuatim argues fratrem, ubi in te soliũ peccauerit: at ubi publice deliqt, publice corripiẽdus est. Mihi uidetur Paulus dicere de episcoporũ correptione, quomõ illi sint arguendi, postq̃ peccauerint. Primum enim uult Apostolus episcopum esse irreprehensibilem, & bonum habere testimonium ab extraneis. 1 Timoth. 3. Deinde quando illi qui præsunt alijs, facile demerentur aliorum odia etiam optimi quiq;, utpote in quos omnes habeant defixos oculos, iubet ne aduersus presbyterum accusationem admittat, nisi sub duobus aut tribus testibus. Conuictos uero peccati coram omnibus arguendos, ut cæteri timorem habeant, ne sumant ex aliorum delicto peccandi licentiam aut exemplar. Hoc apostoli præceptum egregie à se exactit Romanus antistes, & noluit impius impostor à quoquam argui, quantumuis flagitiosissime uiueret, etiam si ipsius tota nihil aliud esset, quam sentina & lerna omnũ malorum: & si innumerabiles populos cæteruatim secum ducat primo mancipio gehennæ, tum ipso plagis multis in æternũ uapulaturus: tamen à nullo mortalium redargui uoluit, lege ipsius libros, distinct. 40. c. Si Papa. Et coacti sumus potius adorare ipsius deplorandã conuersationem, & uitam flagitiosissimam, quam emendare. Lege ipsius libros, et uidebis quid dixerim. Christus itaq; loquitur de peccato fratrum, quos corripi iubet, si non fuerit in propatulo peccatũ, inter te & ipsum solum.

Episcopi quoq; corripiendi.

Papa non uult à quoquã argui.

ſolum. Paulus uero dicit de epiſcoporum flagitijs, qui ubi conuicti ſunt duorũ aut triũ teſtimonio, publicæ coram omnibus arguendos præcipit, ut cæteri ſimmyſtæ timorem habeant, & uiuant inculpati.

CXXIII.

Quodcũq; uoueris redde. Eccle. v. Diſplicet ei infidelis & ſtulta promiſſio. Eccle. v.

De uotis multa ſcripſit ſolidiſſime ſanctus ille dei cõfeſſor Martinus Lutherus, nec eſt opus nos multa ſup hac re repetere, conſulat eius libros, qui plura capit, præſertim eos quos ſcripſit de uotis eccleſiaſticis. Hæc paucis dico uota ad legis populum pertinere. Chriſtiani enim, qui ſpiritum domini habent, liberi ſunt ab illis uotis legalibus. Galat. 5. & 2. Corinth. 3. ubi ſpiritus domini, ibi libertas. Adde q, ſcriptura loquitur de uotis dei, id eſt illis quæ requirit deus, quæ uerbo ſuo exigit, non de illis, quæ ſtulta caro & ratio humana ſibi fingit & eligit. Diſpliçet enim deo infidelis & ſtulta promiſſio. Sunt autem infideles promiſſiones & ſtulta uota, quæ non fiunt ex fide iuxta uerbum & conſiliũ domini dei noſtri. Iſta noſtra delyra uota, quibus impoſſibilia uouimus, caſtitatem ſcilicet, & reliqua id genus inutilia, non ſunt domini præcepta, ſed infidelia, ſtulta, uana, temeraria. Ideoq; liçebit nobis per dominum ea irritare: iam enim quia ſpiritum domini accepimus, liberi

Vota ad legis populũ pertinent.

Stulta uota quæ ſint.

Vota temeraria liçet irritare.

ſumus à lege & uotis iſtis futilibus, & per inſomnium excogitatis, & infregit eadem Romanus pontifex, multisq; productis exemplis docuit negligenda. lege in Decre. 22. quæſtio. 4. poſt multas patrum ſententias, & iſtum epilogum: In malis promiſſis reſcinde fidem. In turpi uoto muta decretum, quod incaute uouiſti ne facias, impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. Quid

Votũ baptiſmi negligimus, et alia ſtulta uouemus.

inſuper in nouo teſtamento uouemus multa, quum hoc unicum uotum in baptiſmo factum nunquam præſtitimus? Redde hoc uotum altiſſimo, et ſatis uotorũ præſtitiſti: ſi hoc non reddideris, ſtultæ ſunt aliæ extrancæ promiſſiones, quas deus non reſpicit. Vouiſti autem deo obedientiam, hanc redde. Vouiſti & renunciaſti Sathanæ, hoc præſta, & fac fructus qui deceant pœnitentiam, ſatis ſuperq; uouiſti: quid uotum uoto ſuperaddis,

Vota fuerũt temporalia

& maiorem tibi accerſis damnationẽ? Adde, quod uota fuerint temporalia non perpetua, uelut nos ſtulti ſtultæ hodie uouemus perpetuum cœlibatum, deinde fuerunt deuotiones & ſacri cultus non obligationes perpetuæ. Vouent noſtri ſacrificæs, monachi & nonnæ caſtitatem, ſed quando eam præſtant? Nemo eſt libidioſior hoc genere mortalium, nemo procaciõr. Cur quæſo non ſeruant quod uouerunt impuriſſimi ſcortatores? et quare damnant nos, qui honeſta coniugia contrahimus? Vouerunt paupertatem, ſed quis ditior & auarior noſtris rapaciſſimis monachis? Vouerunt obedientiam, ſed non eſt ſub cœlo populus magis rebellis, præfractus

ctus & seditiosior. Reddendum est deo, quod uotum est ipsi. Nihil autem uouetur deo, nisi quod ille præcepit nobis: nam nihil ipsi placet, quàm Iesus Christus filius suus dilectus, qui est sapientia & uerbum dei. Si igitur secundum uerbum ipsius egeris, facies domino beneplacitũ: at si iuxta consilium tuum citra uerbum domini uoueris, stultuses & stulta promissio tua, quæ displiœbit altissimo. Habes rationẽ uotorum.

CXXIIII.

Non dico ꝙ ego rogaturus sum patrem pro uobis. Ioan. XVI.

Ipse intercedit pro nobis. Ro. VIII.

Iesus Christus dei filius & homo factus, sacerdos et pontifex est in æternum secundum ordinem Melchisedech, sicut iurauit illi dominus. Psal. 109. idcoq; semper interædit pro nobis apud patrem, aduocatus noster est. 1. Ioan. 2. & mediator. 1. Timoth. 2. Propiciatoriũ, Roma. 3. Thronus gratiæ. Hebræo. 4. semper agit causas nostras, semper conciliat nos patri, nam propterea factus est pontifex noster. Hebræo. 5. Pater solum filium diligit, nemo est dilectus patri, quàm Iesus Christus. Nemo ascendit in cœlum, nisi solus Christus. Ideoq; nemo uenit ad patrem, nisi per solum Iesum Christum, qui est uia & ostium, ueritas & uita, lux & resurrectio. Et si ille Iesus Christus desierit interœdere pro nobis, actum est de salute nostra: uerum quia est æternus

Christus semp interœdit pro nobis.

pontifex, ideoq; perpetuo interpellat pro nobis patrẽ, Iesus Christus heri & hodie, & in seacula. Hebræo. 13. Ipse est A & Ω, nunq; desinit p nobis orare. Quod uero Christus inquit apostolis: Ego non rogaturus sum patrẽ pro uobis, causſam huius sermonis ipse mox subnectit. Ipse pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis q; à deo exiuerim, id est, accepto spiritu sancto fratres mei, & unum corpus facti estis mecum: propterea pater respiciet in uos propter me, id est, quia mihi per fidem uniti estis: quia unũ mecum estis, quia me solidæ amatis, & credidistis quòd dei sim filius, chari estis deo propter me, nec indigetis uos apostoli ac reliqui filij dei interœssore: pater enim uos amplexus est, & adoptauit in filios. Reliqui uero, qui adhuc infirmi aut peccatis obnoxij sunt, me interœssore opus habebũt, donec perfecte crediderint, & spiritu sancto induti fuerint, ut & ipsi fiãt ciues sanctorũ & domestici dei, corpus et mẽbra Christi. In summa: Pater suapte amat uos propter fidem uestrã. Ideoq; non deseret uos, sed fouebit. Et tamen Christus perpetuo interœdit pro nobis, et est mediator noster, qui reconciliat nos deo patri. Tolle Christũ, & abstuliſti salutem, remissionẽ peccatorũ, & uitam æternam, & non est aditus ad regnum cœlorũ.

Interœſſore opus habemus.

CXXV.

Pater quid me dercliquisti? Matthæi. XXVII.

Non sum

Non sum solus, quia pater mecum est. Ioann. XVI.

Christus dissimulauit deitatem.

Christus assumpta carne factus est pro nobis peccatũ 2. Cor. 5. & execratio, Gal. 3. aut nouissimus uirorũ, Iesaiæ. 53. clamauit ad patrem in ligno: pater quid me dereliquisti? dissimulauit deum, non exuit deum, sed abscondit, id est, finxit se quasi deus non esset, siue ut Apostolus habet, Philip. 2. semetipsum inaniuit forma serui sumpta habuit se uelut nuda caro, miser homo, infirmus, fragilis & despectus, de quo deo nihil curæ esset, qui non tam à deo, sed & uniuersis creaturis esset destitutus, & hanc maledictionem induit, ut nos eriperet à præsenti seculo nequam, & faceret filios dei. Nemo mortalium hunc Christum pendentem in ligno putauit uere esse deum, dixerunt enim: Si filius dei est descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus. Alios seruauit, seipsum nõ potest seruare, Vah qui destruis templum dei & in triduo reædificas illud, mouerunt capita et illuserunt ei, nec erat è tanto numero qui uere crederet hunc esse deum, quòd in tantum se inaniuerit, ut inquit Paulus, sed tamen nõ aberat deus pater ab hoc Christo: in omnũ oculis erat deploratissimus, & quamuis dissimularet diuinitatem suam Christus ut uinceret mortem, Sathanam & infernum, tamen paulopost rursus exerit, multoq; potentissime aperit suam diuinam potentiã, dũ à mortuis resurgit rediuiuus, et ad cœlos ascendit.

sændit. Itaq; clamans ad patrem cur derelinqueretur, ex preßit nostram fragilitatem & naturam, quam in se receperat, tentatus per omnia iuxta similitudinem absq; peccato, Hebr. 4. forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus & figura repertus ut homo, humilẽ se præbuit, factus obediens usq; ad mortem, mortẽ aũt crucis, Phipp. 2. Et tamen habuit patrem sibi præsentissimum, quanq; oculis carnis non uideretur. Vnde supplicio uicinus ait Apostolis: Ecce instat tempus & iam uenit, ut dispergamini unusquisq; in sua, meq; solum relinquatis, & tamen nõ sum solus, quia pater mecum est Ioann. 16. Videbor quidem destitutus omni humano auxilio, sed pater omnipotens mecũ est in infirmitate mea Sicut filij Israël uidebantur derelicti ab omnibus creaturis, quando per quadraginta annos per desertum uagarentur, et tamen habuerunt deum indiuiduum comitem. Nota quoq; est Historia de Heliseo, 4. Reg. 6. quũ ab exercitu Syrorum esset circumdatus, & uideretur de ipso actum, eo quòd nemo esset, qui auxiliaretur ei, dixit ad seruum suum: Plures nobiscum sunt quàm cum illis. Simile legimus de Ezechia rege Iuda. 2. Paral. 32. Immittet enim angelus domini in circuitu timentiũ eum & eripiet eos, Psal. 33. Et angelis suis mandauit de te ut custodiant te in omnibus uijs tuis, Psal. 90. Videntur sancti derelicti, uerum non derelinquet dominus oẽs qui sperant in eo, sed est cum ipsis in omnibus tribulationibus suis, Iesaiæ. 43. Cum transieris per aquas, tecum ero

Deus nõ deliqt Christum.

Sancti non destituũtur à deo prẽ.

cum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma nõ inflammabit te, quia ego dominus deus tuus sanctus Israël, saluator tuus &c. Vnde etiam Dauid cecinit: Non uidi iustũ derelictum &c. Psal. 36. derelictus est quidem iudicio carnis, at non iudicio spiritus. Nouit enim pium cor deũ ubiq; esse præsentissimũ & nunquã magis esse præsentem, quàm quum minus putatur adesse. Ideoq; posterior locus priorem interpretatur.

CXXVI.

Non potest mundus odisse uos. Ioannis. VII.

Quia de mundo non estis, sed ego selegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Ioan. XV.

Si uoles hos geminos locos recte intelligere, & pugnantiã quæ uidetur subesse, tollere, cõsiderabis in primis quibus loquatur dominus Iesus, id quod non tam hoc loco sed in uniuersa scriptura obseruandum moneo exactissime quæ præcedunt & sequuntur, et exactissime collatis locis, ac circumstantijs, fefellit enĩ multos scriptura obiter tantum, citra iudicium & locorum collationem lecta, ubi omnes circumstantiæ non fuerint probe examinatæ, quando è media locutione, unĩ tantummodo locum arripueris, & pro tuo captu huc at Collatio scripturarũ neæssaria.

q; illuc

q; illuc torqueas, neglecto toto contextu, qui lõge aliud loquitur quàm tu intellexexis. Non tantum expendendum est, quod dictum aut scriptum sit, sed quis, quando, quibus & ubi loquatur, si istud tanquam leuiculũ cõtempseris, perdes totum sensum & nunquam cum fructo quicquam leges. Itaq; Christus Ioan. 7. Non loquitur Apostolis suis uelut Ioan. 15. sed fratribus, id est, cognatis carnalibus, qui non credebant in eum, ut inquit Euangelista, sed aliud quærebant in Christo quàm iusticiam & sanctificationem. Cum enim tabernaculorũ festum, quod Iudæi celebriter summaq; religione obseruabant, fuisset in propinquo, & Iesus uersaretur in Galilæa, dixerunt Christo fratres agnati aut Galilæi: Trãsi hinc & uade in Iudæam, ut discipuli tui, qui mordicus tuæ doctrinæ adhærent, uideant opera tua quæ facis non sine miraculo. Nemo quippe in occulto facit aliquid & quærit ipse palam esse. Si hoc facis, declara teipsũ mundo. Respondit illis Iesus: tempus meum nondũ adest, tempus aũt uestrum semper est paratum. Nõ potest mundus odisse uos, me autem odit, quia ego fero testimonium de illo, quòd opera eius mala sint, id est, uos quia carnales estis, & nondum renati ex aqua & spiritu, nihil curatis regnũ dei spirituale, nec reprehendetis mũdi iusticiam, sed uiuitis carnaliter & scandũ mundum, propterea rursus amplectitur uos mundus, & diligit non uulgariter. Simile aũt gaudet simili, uelut dixit Ecclesiasticus cap. 13. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis

Mundus quod suum est amat.

& omnus homo proximũ sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sibi sociabitur. Idem aliquando Cicero dicere solebat: Pares cum paribus facillime coniunguntur. Vos igitur cũ mũdani & reprobi sitis, & mũdũ sapiatis, à mũdo rursus amamini: applauditis mũdo, terrena sapitis & loquimimi, adulatores, philauti & glorioſi thraſones, humani nihil à uobis alienum, redamamini à ſapientibus, potentibus et filijs huius ſeculi. Ego uero, qui non ſum de hoc mũdo, et qui arguo opera mundi mala, & contemno ipſius iuſticiam & ſapientiam, aliam nimirum prædicans ſanctificationem, male audio apud mundi huius alumnos ſapientes & iuſticiarios, qui confidunt in ſemetipſos, propterea etiam me perſequitur mundus ad mortẽ uſq; nouercali odio, & non tam me ſolum, ſed & omnes coniuratos meos, nomen meum publice profitentes. At Ioan. 15. cũ ſuis diſcipulis loquitur, non de falſis fratribus. In cœna aũt nouiſſima totum hunc ſermonẽ fecit à decimo tertio capite uſq; ad decimũ octauũ. Ait igitur: Si mundus uos odit, id eſt, ſapientes & iuſti huius ſeculi, terrena ſapientes et nondũ aſcripti in regnũ cœlorum, ſcitis quòd me prius quàm uos odio habuerit: Si de mũdo fuiſſetis, mundus quod ſuum eſt diligeret. Quia uero de mundo nõ eſtis, ſed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Mementote ſermonis mei, quoniam ego dixi uobis: Non eſt ſeruus maior domino ſuo ſi me perſecuti et uos perſequentur. Quæ uerba omnia

ad electos

ad electos & ueros suos Apostolos præfatus, prædixit illis cuentura reuela, ne improuisis periculis obruti de fiærent à domino deo suo. Quasi diceret, uos discipuli mei, qui nomen meum & professionem meam coram mundo infideli prædicabitis, repulsam patemini, & omnigenas adflictiones tolerabitis, aliud enim per me facti estis quàm olim eratis, caro & sanguis filij tenebrarum & iræ, nunc autem lux in domino, condemnabitis omnes iusticias carnis, propterea odio habebit uos mundus, non potest enim pati suas iusticias condemnari, ideo seuiet hostiliter, & grassabitur in uos uelut noxiissimas pestes, sed uos erecti in me confidite: Ego enim uici mundum.

CXXVII.

Cogitationes meæ cogitationes pacis. Hierem. xxix.

Ego mittam in eos famem & pestem. Ibidem.

Opera dei sunt duo.

Iesaias propheta capite 28. duo adscribit deo opera, proprium & alienum. Proprium opus dei est misereri indulgere, remittere, saluare, consolari. Vnde ubiq; prædicator misericors, longanimis, patiens, uerax, iustus, clemens & benignus. Alienum uero opus uocat irasci, adfligere, punire, quoties peccatis impiorũ irritatur ad uindictam. Suum opus est, ut patrem agat: alienum, ut iudicet. Ip se per se semper pronus est ad misericordiam

ricordiam & benefaciendum. Et cogitationes ipsius cogitationes pacis: nostra mala prouocant ipsius iram: quoties igitur iusto iudicio animaduertit in transgressores dicitur in scripturis irasci, cogitare mala, pœnitere & dolere, qui affectus dei Græcis ἀνθρωποπάθεια appellatur. Ipse per se semper idem est, & non mutatur. Scriptura tñ quia nobis loquitur, nobis quoq; se accõmodat, & deo nostros adfectus tribuit: quñ tñ deus nõ sit uelut homo, qui mutatur aut pœnitẽtiã agat. 1. Reg. 15. sed hoc propterea fit, ut doceamur, redarguamur, corrigamur et instituamur: Ad hoc enim utilis est sacra scriptura, teste Apl'o. 2. Tim. 3. Vnde etiam propheta ipse subijcit rationẽ cur dñs adfligat populũ. Quia inqt, pessimi sunt, et uerba mea nõ audierũt, Hier. 19. & 29. Lege bñdictiones et maledictiões in Mose, Deut. 28. Benefacit dñs ꝓpter misericordiã suã. punit quia iustus. Irascitur ut rursus opus suũ opetur. Et in ira recordatur misericordiæ suæ, Aba. 3. Ideoq; semper est patiẽs, miserator, clemẽs, et multæ miserationis, ac uerax, custodiẽs misericordiã in milia &c. Exo. 34. Adfligit ut ad pœnitẽtiã prouocet, 1. Cor. 11. Dum iudicamur à domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

Deus mutatur.

Deus quare benefaciat aut punat.

CXXVIII.

Per nomen illius (dei) iurabis. Deuteron. VI. (Matt. V.

Ego dico uobis, ne iuretis omnino.

De iura-

Iuramẽtorũ ratio.

De iuramentis ita accipe. Non licere homini pio iurare in caussa priuata, propria libidine aut leuitate, & sine iusta caussa: at si ipsa necessitas exegerit iusiurandũ, ut uolens confirmare ueritatem, nec possis alia ratione, nisi iureiurando, interponis iuramentũ, te non falsa pronunciare, non peccas. Licebit etiam si magistratus extorserit, ueritatẽ iureiurãdo testari. Velut gladiũ arripere nulli priuato licet: at iudicibus cõmissum est ius gladij: et ij iniussi, aut propria temeritate nõ accipiũt gladiũ, sed dei præcepto, denique nõ suã agũt caussã, sed dei. Ita in iuramentis, si tua res non agitur, sed stabiliendæ ueritatis gratia, aut in caussa proximi urgeris à magistratibus, licebit tibi iurare sine peccato, quando nõ maligno pectore iuras. Ita Christum, Paulum, & Apostolos aliquoties iurasse legimus. Iubet igitur Moses iurare per nomen domini: ne ulli rei tribuamus honorem ueritatis nisi nomini domini: nõ iubet leuiter et uane iurare, qua cunque ex caussa, sed per nomen domini, id est. Si omnino iurandum tibi est urgente magistratu aut necessitate, cõfirmãdæ ueritatis gratia per nomen dei iurabis. Deus enim ueritas est. Iurãt per nomẽ dñi, qui ueritatem simpliciter & citra dolũ testãtur: qui nõ sua quærũt, nõ fallere studẽt, sed ueritatẽ pronũciant: et ista iuramẽta nõ prohibet Christus, nec illa quæ magistratus à nobis exigit, pondus enim & statera iudicia domini sunt, Proue. decimo. Et potestates dei ministri sunt, Roman. 13.

Hebr. 6.

Iurandũ p nomẽ dei.

Hoc tantũ prohibet, ne nomen domini inuanũ usurpa-

mus,

mus, ne nostram gloriam quæramus, ne mendaciũ pronunciamus, & fraudem inferamus, nec circumuenien-di studio deteremus.

CXXIX.

Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. 1. Corinth. VII.

Serui obedite ijs, qui domini sunt iuxta carnem &c. Ephe. VI.

Duplex seruitus est, spiritualis & carnalis. De spiri-tuali seruitute loquitur Apostolus. 1. Corin. 7. quum inquit, nolite fieri serui hominum, id est, precioso sanguine Christi Iesu redempti estis à uana uestra conuersatione, à captiuitate Sathanica, à regno tenebrarum, & seruitute peccatorum, & serui dei facti estis. Illi conscientia uestra obstricta est: ideoq; non patiamini ullam creaturam cum periculo conscientiæ uestræ uobis dominari. Vos enim Christiani per spiritum Christi, qui in uobis est, domini estis omnium creaturarũ: libera est uestra conscientia ab uniuersis creaturis, soli deo subdita, cui soli seruitute est obnoxia. Nemo regnet in conscientijs uestris, nisi solus deus. Nemo uobis faciat peccata, nemo captiuam ducat uestram conscientiam, quæ libera est à Mosaica lege & uniuersa seruitute. In libertate igitur, qua Christus uos liberauit, state, & ne rursus iugo seruitutis implicemini, Gal. 5. Nemo dominetur fidei uestræ, nisi solus deus. Nolite fieri hominũ serui, qui pri-

Seruitus duplex.

Christiani sunt spũaliter liberi.

 us con

us consecrati estis domino, & magno precio per ipsum redempti. Non poteritis duobus dominis seruire, Mat thæi. 6. Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies, Deut. 6. Et Coloss. 3. Domino Christo seruite Quin potius si tyranni huius seculi conscientiæ uestræ laqueũ inieerint, & spiritui uestro imperare præsumpserint, exactitæ iugum, ne obedieritis. Deo enim magis oportet obedire, quàm hominibus. Vnde Dauid: Dirumpamus uincula eorum, & proijciamus à nobis iugum eorum. Habitans in cœlis ridebit, & dominus subsannabit eos. Psalm. 2. Alia est seruitus carnalis, qua serui obediunt per omnia his, qui domini sunt secũdum carnem: cuius mentionem crebro facit apostolus Paulus, Ephe. 6. Coloss. 3. & 1. Timot. 6. quæ pietati non obstat: quando dominus haud raro istam obedientiam præcepit: Sed cauendum tibi, ne ex spirituali carnalem: aut ex carnali spiritualem facias, & teipsum totũ confundas. Non enim iubet Paulus, ne ulli seruiamus homini externe, et iuxta carnem: sed tantũ cauet, ne conscientia ulli rei obstricta sit, quàm soli deo uiuo & uero. Vult dicere: Nemo in cõscientijs uestris, nisi solum dei uerbum regnet: illi obsequimini, illud gubernet uos. Quantũ uero ad corpus attinet in seruitutem redigendũ est, ne laxis habenis lasciuiat pro sua libidine.

Conscientia sit nemini obnoxia q̃ deo.

Seruitꝰ carnalis nõ ob est pietati.

CXXX.

Ego testimonium ab homine non

accipio.

accipio. Ioan. v:

Vos testimoniū perhibetis de me, Ioan. xv.

Christus Iesus quum sit summa bonitas & ueritas, per quem creata sunt omnia, quæ in cœlis sunt, et quæ in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Colos. 1. moderaturq; omnia uerbo potentiæ suæ. Hebr. 1. Non opus habet pro se ullo humano testimonio. Nam quid potest homo mortalis immortali & æterno deo authoritatis adijcere? Voluit igitur dicere: Ego planè non egeo ullius hominis testimonio, nihil maiestatis aut diuinitatis accedit mihi ex hominis testimonio. Patior quidem homines testari de me, sed non propter me, imò magis propter uos, ut aliorum testimonio moti, credatis in me, & salui fiatis. Nuncij mei testantur quidem de me, sed uestri causſa, ut pœnitentiam agatis, & saluemini. Testimonium itaq; hominum de me nihil prodest mihi: uestræ autem fidei conducet mirum in modū. Omnia quæ ago, uel per meos ministros, uel per meipsum, in uestrum commodum cedent, si receperitis testimonium de me, salui eritis. Ioannes testatur de me, ut omnes crederent per ipsum, Ioan. 1. & 5. Et uos, inquit Christus apostolis suis, eritis mihi testes, non solum Hierosolymis, uerumetiam in uniuersa Iudæa, Samariaq;: deniq; usq; ad extrema terræ. Acto. 1. Et quid sunt sancti in

Christus nō indiget testimonio hominum.

Ioannes testatur de Christo propter nos.

Sancti testes dei.

uniuersum, quàm testes Iesu Christi uelut satis ex isto sermone Petri, quem Cæsareæ in domo Cornelij fecerat patet. Nos testes, inquit, sumus omnium quæ fecit Iesus & in regione Iudæorum & Hierosolymis, quem occiderunt suspensum in ligno: Hunc deus suscitauit tertio die, & exhibuit eum, ut manifestus fieret, non toti populo, sed testibus prius ad hoc delectis à deo, nimirum nobis, qui comedimus & bibimus unà cum illo, postea quàm resurrexit à mortuis, & præcepit nobis, ut prædicaremus populo ac testificaremur, quod ipse sit ille, qui constitutus erat à deo, iudex uiuorum ac mortuorum.

Testimoniũ de Christo ar producatur.

Huic omnes prophetæ testimoniũ ferunt, quòd remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis crediderit in eum, Actor. 10. Vbi audis testimonium proterea adduci, ut per illud credamus & seruemur. Hic dicti sunt μάρτυρες, id est testes, qui pro nomen eius cæsi sunt à mundo, & testimonium perhibuerunt ueritati. In summa, Christus sui caussa non opus habuit testimonio, sed homines egerunt, ut crederent Christo, uicti testium multitudine. Potuit Christus se prodere mũdo miraculis, & efficaci doctrina, prout fecit. Itaq; Ioannis testimonium & apostolorum, sanctorumq; martyrum nobis summe est necessarium, ut tandem credamus & salui fiamus. Et Christus præcepit discipulis, ut de ipso testarentur, ut mundo persuaderent, ipsum uere esse dominum cœli & terræ.

Apostolorũ de Christo testimonium nobis summe necessarium.

CXXXI.

Seruus

Seruus uocatus es? ne sit tibi curæ.
1. Corinth. VII.

Quinetiã si potes liber fieri, potius utere. Ibidem.

Non pauci arbitrati sunt Apostolum hic libertatem persuadere, quasi dicat Paulus: si potes ad libertatem aspirare, aude, exaute seruitutem, arripe libertatem: non negligas opportunitatem, quæ ultro oblata est. Quod si ita interpreteris, uidebitur Paulus sibipsi non constare. Qui iussit unumquemq; credentiũ in sua uocatione permanere: seruum in seruitute, gentilem in præputio, circumcisum in circuncisione. Etenum qui in domino uocatus est seruus, libertus est domini. Similiter & qui liber uocatus fuit, seruus est Christi. Nec uult æthnicum hoiem circũcidi, ppter Christianã professionẽ & iustificam deinec rursus Iudæũ accersere præputiũ. Quando neutrũ faciat ad fidei iustificationẽ. Nam in Christo Iesu neq; circuncisio quicquã ualet, neq; præputiũ, sed fides per dilectionẽ operans. Galat. 5. Et Paulus nusquã non seruos monet, ut dominis suis carnalibus obtemperent, & omnu honore dignos ducant, ne nomen dei & doctrina male audiat. Qui uero fideles habẽt dominos ne cõtemnant, q; fratres sint, sed magis inseruiant, q; fideles sint & dilecti, qui beneficentiæ participes sunt. 1. Timoth. 6. Non iubet exaũere iugum seruitutis, imò magis adhortatur ad seruitutem, etiam si per occasio

In sua uocatione manẽdum.

occasionem liceat abrumpere seruitutis uincula. Et ait: Si potes liber fieri, potius utere seruitute, & subiugate magis, ut in uocatione tua, qua uocatus es seruus scilicet permaneas: nihil agit hoc loco de amplectenda libertate, id quod ex toto contextu patebit, si omnes circumstantiæ diligentius expendantur. Sed age audiamus Theophylacti Vulgarien sis episcopi interpretationem, ne primi sensum hunc usurpasse uideamur. Is sic in hūc locū adnotauit. In uocatiōe qua uocatus, hoc est, quocūq; in uitæ genere, uel ordine, uel cōditione, Christi fidē susceperit quispiā, in hoc perseueret. Vocationē autem uocat inductionem ad fidem. Seruus cum esses, uocatus es, nihil sis uelim ob seruitutem hanc anxius, neq; ob id obturberis. Non enim quæ à deo est, obfutura est seruitus. Quin potius si potes liber fieri, utere magis, hoc est, acrius seruitutem exerce, in usum aliquem & utilitatem conferto. Hactenus Theophylactus, seu Athanasius: quicunq; tandem author fuit istarum enarrationū. Subscribit Theophylacto Nicolaus Lyranus, non ubiq; contemnendus sacrarum literarū interpres. seruus uocatus es, scilicet ad fidem, non sit tibi curæ, id est, non feras hanc conditionem molestè: nam in illa potes Christo seruire. Sed & si potes liber fieri ex gratia domini tui, uel alia uia de facili. Magis utere, scilicet seruitute quàm ante, seruiendo Christo in membris suis. Exemplo Christi, qui sicut minister erat cū discipulis. Hæc ille. Christus reuera non uenit, ut sibi ministraretur, sed

Vocatio quid?

tur, sed ut ipse ministraret, Matt. 20. Vnde etiam Paulus ait Philippensibus: Per humilitatem animi, alium quisq; se præstantiorẽ existimet (eœ ad seruitutem adhortatio) ne sua quisq; spectetis, sed unusquisq; quæ sunt aliorum. Is enim affectus sit in uobis, qui fuit et in Christo Iesu. qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis deo: sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, & in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humilem præbuit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Paulus ubiq; sibi similis est, nusquam non ad humilitatem hortatur. Nihil enim obest pietati seruitus ista carnalis, modo spiritu liber sis, et scias unũ te dominũ & patrem seruatorem habere in cœlis. Par est ratio coram deo patre, liber sis, an seruus: non enim respicit personam, sed cor atq; fidem. Ad hanc libertatẽ potius para, ut spiritu sis liber, redacta carne in seruitutem, ut conscientiam habes liberam, pacatam uerbo domini, & nullæ creaturæ obstrictam. In uocatione qua uocatus es maneas. Seruus uocatus es, seruus maneas. Et si tibi contigerit occasio non importuna exuẽdæ seruitutis & obtinendæ libertatis, tamen potius seruitute utere, & humilia te in omnibus, serui magis. Etenim qui in domino uocatus est seruus, libertus domini est. Similiter & qui liber uocatus fuit, seruus est Christi. Precio empti estis, nolite fieri serui hominũ. Vnusquisq; in eo, in quo uocatus fuit fratres, maneat apud

Seruitus corporalis non obest pietati.

deum. Hæc uidetur mihi Paulus hoc loci agere: nulli tamen præscribo meam sententiam, quisq; suum habeto iudicium, modo synærum & secundum scientiam.

CXXXII.

Nolo mortem peccatoris, sed ut cõuertatur impius à uia sua, & uiuat. Ezech. XXXIII.

Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut rogas. 1. Ioan. V.

Mors pœna peccati.

Mors pœna & stipendium peccati est, Rom 6. Oẽs morimur, quia omnes legem dei præuaricati sumus, Roma. 5. & Christus propter peccatum (non suum sed nostrum, quod in se transtulit) mortuus est. At deus non

Morte nostra non delectatur deus.

adficitur, aut delectatur nostra morte, mallet enim ut pœnitentia acta resipiscremus. Ait enim: Nolo mortem peccatoris, id est, non gaudeo super morte impij, sed hoc uolo, hoc me delectat, hoc mihi gaudium & beneplacitum, ut impius conuertatur ab iniquitate sua, ad dominum deum suum redeat, & saluus fiat. Sapien. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum. Non igitur est meæ uoluntatis, studij, aut desiderij, mors peccatoris, magis enim optem uitã ipsius, quàm mortem. Viuet autem si dereliquerit iniusticiam & fecerit iudicium & iusticiam, Ezech. 18. Istud requiro, hoc uolo, hoc opto ab impio, non requiro peccata, iniquitatem &

tem, & iniusticiam, sed resipiscentiam. Si uero omnino uocē meā nō audierit, nec resipuerit, ipsa iniusticia sua condemnabit eū, & mortis reum faciet. Ego ad resipiscentiā inuito, nō ad iniquitates. Libenter indulgeo & parco peccatis, modo posthac non peccet. Ego enim miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ. Ego deleo iniquitates, & peccatorum non recordabor amplius, Iesaiæ. 43. Porrò peccatum ad mortem est illud, quod Christus uocat conuicium in spiritum sanctum, Matth. 12. Marc. 3 Luc. 11. manifesta scilicet blasphemia nominis dei, & contemptus ueritatis: de quo alias non semel, de hoc lege Heb. 6. & 10. Illud dicitur peccatū ad mortē, quod nō habeat ueniā: nam est ipsa impietas siue incredulitas, ubi Christū per infidelitatē amisisti, nō reliqua est pro peccatis hostia. Ideo non remittitur in æternū. Sola fides remissionē impetrat: abiecta fide, id est contēpto uerbo dñi, nō est reditus ad salutē, unde excidisti. Peccatū præterea est, quod ex fide non fit. Rom. 14. At nihil pugnant isti duo loci. Nā deus mallet te non peccare, nulli præcipit impie agere, Eccl. 15. Sed ubiq; sancta docet. Verū si tu patrē suauiter allicientē nō audieris, ipsum cōdemnas, & peccas tuo ingenio. Si ad mortem peccaueris, id est, si apertæ cognitā ueritatē dei blasphemaueris et mendaciū esse, aut doctrinā impiā, siue demoniacā calūniaueris, nolo pro te orare. Ipse enim respuis & explodis sanā doctrinā et deū mēdacij arguis, & abominaris spiritū sanctū.

Peccatū ad mortem.

Remissio pcōrū est ex fide.

CXXXIII.

Gentes natura quæ legis sunt faciunt. Roman. II.

Caro legi dei non est subdita. Roman. VIII.

Duplex lex naturalis et scripta.

Nemo est qui nesciat duplicem esse legem, naturalem & scriptã. Et quam Iudæi habent in libris, Gentes habent in cordibus scriptam, quæ aliud est nihil q̃ ipsa conscientia. Sciunt enim non licere furari, mœchari, occidere, & quod tibi noles fieri alteri ne facias. Nouerunt deũ ex creaturis, quæ omnia Iudæi ex libris didicerunt. Paulus aũt nõ dicit, Gentes natura hoc est suo ingenio, aut libero arbitrio, ductu rationis & naturæ, facere legẽ diuinã, quam habent in cordibus scriptã. Nemo enim est qui faciat bonũ, nemo implet legẽ. Non enim dicitur impleri aut fieri lex, nisi cũ spiritu & mente impletur (so es mit gantzem hertzen und mit luſt geſchicht) qđ nõ faciunt gentes, etiam si simulent opera quædã externa. Sed hoc dicit Paulus: Nam cum gentes quæ legẽ nõ habẽt, natura quæ legis sunt, fecerint (sed quãdo faciũt) eæ legem non habentes (scilicet scriptam) sibipsis sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestante illorum conscientia, & cogitationibus inter se accusantibus, aut etiam excusantibus, in eo die cum iudicabit dominus occulta hominum, iuxta Euangelium meum per Iesum Christum, Roman. 2. id est,

Conscientia quid sit.

Lex nõ manu sed spiritu impletur.

utriq;

utriq; habent legem, alij naturalem, alij scriptam, sed nihilo sunt meliores, nisi legem impleuerint, quæ citra spiritum sanctum impletur minime. Hoc agit in uniuersum, Paulus primis tribus capitibus Epistolæ ad Romanos, omnes esse peccatores & transgressores cum Iudæos, tum Gentes: neutri faciunt legem. Est enim lex spiritualis, id est, spiritualia requirit, non carnalia aut externa, ut corde & spiritu facias bona, non manu tantum: ut puro & integro sis affectu in omnes, non simules amicitiam: & hoc est quod præcipit lex: Diliges dominum deum tuum ex toto corde, tota anima, totis uiribus, id est, non hypocritice, aut ore tantum, sed omnibus studijs, tota mente. Et proximum sicut teipsum, id est, non minus quàm te diligas, syncere & fideliter. Sed num hoc Gentes unquam præstiterunt? ergo non faciunt naturaliter, id est, suo ingenio, uiribus & libero arbitrio, quæ legis sunt: deberent quidem facere id quod lex naturalis dictat (nã frustra nõ inscripsit cordibus) at minime faciunt expertes spiritu. Nec Iudæi scriptam legem obseruant. Caro enim legi dei non est subiecta, si quidem ne potest quidem, Rom. 8. Animalis homo nõ accipit ea quæ sunt spiritus dei, 1. Cor. 2. & dixit dominus: Nõ requiescit spiritus meus super homines, quia caro est, Gen. 6. non curat ratio dominum deum. Excidit homo ab imagine dei, à ueritate in mendacium, ideoq; nõ requirit deũ. Gentes quãuis legẽ naturæ habeant scriptam in cordibus suis, tamen non reuerentur

Lex est spiritualis.

rentur deũ, nõ faciunt bona & quæ suggerit lex naturalis. Deũ cognouerũt qui dẽ ex operibus, sed nõ ut deũ glorificauerũt, neq; grati fuerũt, id quod Paulus Rom. 1. & deinde fusissime disputat. deinde si qui sunt ex gẽtibus, qui faciunt aut fœrunt unũq; legẽ, uelut olim Melchisedech, Hiob, Naaman Syrus, Cornelius Centurio, & alij non pauci, citra spiritũ dei non fœrunt, id quod satis ex hystorijs ipsorũ licet colligere: fuerũt spiritu dei accensi, non suis uiribus, natura, libero arbitrio, ratione aut sapientia. Nemo enim potest dicere, dominũ Iesum, nisi per spiritũ sanctum. 1. Cor. 12. Nulla mala arbor gignit bonos fructus. Fuerunt itaq; intus illustrati spiritu, quicunq; bona fœrunt ex Gentibus. Eramus omnes natura filij iræ, quemadmodum & cæteri, Ephe. 2. Et quando fuerint mali, qui potuerunt benefacere? Citra dei spiritum nemo recte facit, sunt uniuersa studia nostra mala: omnes sunt hypocritæ et maligantes, Iesaiæ, 9. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia, Gen. 8. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum dei. Certum igitur est omnes illos, Hioben, Melchisedechum, regenitos è cœlo, aliam mentem habuisse, quam reliquum uulgus gentium. Et aliud est simulare legem & implere legem. quid profuit gentibus naturalis, & lud eis scripta lex? nihil omnino, nisi impleta. Nullus hominum unquam seruauit legem ex suis uiribus, & ingenio, id est, natura & libero arbitrio. Et Petrus dixit

Lex sine spiritu non impletur.

sanctis

sanctis fratribus: neq; se, neq; patres suos portasse & satisfecisse legi. Actorum. 15.

CXXXIIII.

Circumcisio quidem prodest, si legem seruaueris. Rom. 11.

Si circumcidamini, Christus nihil uobis proderit. Galat. v.

Circumcisio Iudæis olim diuinitus præcepta, externum signum erat fœderis dei, quod per se citra uerbũ promissionis non iustificabat, sola enim fides iustificat: sed erat signaculum iusticiæ fidei, Rom. 4 per quod omnes credentes agnoscebant se in fœdere diuino, Id est, quòd deus factus esset pater & adiutor eorum, qui circumcisi erant, & ipsi essent in populo dei: fides ipsa, quæ fœderis uerbum aut promissionem acceperat, confirmabat hoc fœdus dei cũ hominibus. Externa circumcisio nihil prodest, si absit interna, quæ est iusticia dei & circumcisio cordis & spiritus. Ait igitur Paulus: Circumcisio nihil est, præpucium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei, quæ est uiuida fides soli Christo adhærens & obediens. Hoc est enim opus dei, ut credamus in eũ quẽ misit pater, Ioan 6. Nihil externũ sanctificat perfecte, sola fides iustificat. Omnino nihil profuisset circumcisio Iudæis, citra uerbum dei: sed quia nõ respiciebant in externam resectionem præpucij, sed in solum deum, qui ista iusserat, hæc fides sanctificabat

Circumsio externa nihil prodest

illos

illos. Velut sacramenta nostra tantillum nobis proderũt, si neglexerimus Christi uerbum, in quod est fides directa. Christus est iusticia & sanctificatio nostra. 1. Corinth. 1. Ideo in Christum respiciendum, propter hunc enim salubria sunt sacramenta, quia habent annexam Christi promissionem. Fides in Christi uerbum purificat corda. Aqua omnino non mundaret mentem, sed pactum bonæ conscientiæ cum deo. 1. Petri 3. Id est, fides seu conscientia uerbo & signo de benuolentia dei certificata, quasi diceret Apostolus: Aqua per se lauat corpus tantum, animam non item: sed quia credis promittenti Christo, accipis sigillum iusticiæ fidei baptismum: corpus aquam suscipit, fides uerbum: externe mundaris aqua, intus fide. Vnde Paulus alibi de circumcisione inquit: Ecce ego Paulus dico uobis, quòd si circumcidamini, Christus nihil uobis proderit, id est, circumcisio externa non est iusticia, non enim sanctificat, liberum est uobis circumcidi uel non. Si eo animo circumcidimini, quatémus per illam iustificemini, à scopo & ueritate excidistis. Christus uos redemit à maledictione legis, si tantum in externam circumcisionem defixeritis oculos, omnino non ambulatis in ueritate, non iustificabimini, non ponenda est iustificatio in externa circumcisione, à qua liberi estis, sed in Christo ipso, qui est finis legis. Romanor. decimo. Si ad hunc scopum, in Christum scilicet, non intenderitis oculos mentis, omnino

Sacramẽta quõ prosint

Baptismus qui seruet.

omnino nihil proderit uobis nec Christus nec circumcisio. Nemo ex operibus iustificatur. Si enim per legem est iusticia, Christus frustra mortuus est, Galat. secundo. & Christus factus est uobis ocioſus: quicunq; per legem iustificamini, a gratia excidistis, Galatæor. quinto. Circumsio salubris est propter Christum, imò in Christo, quia adfectus pranos reseceris quòd interne non externe solum circumcisus sis. Longissime aberras, si tribuis soli externæ circumcisioni iusticiam, intus circumcidaris necesse est. Circumcisio autem interna siue spiritualis, fides est & regeneratio. In corde seruatur lex, non externis signis tantum. Circumcideris autem in corde dum positis concupiscentijs carnalibus, sis nouus homo, noua creatura, renatus ex aqua & spiritu, baptizaris igne & spirituſancto, dum accipis remissionem peccatorum, quæ citra fidem non contingit. Obseruas itaque legem, dum diligis dominum deum tuum ex toto corde, mente, anima & uiribus. Obseruatio legis planè aliud est nihil, quàm charitas dei aut fides, si deo soli seruieris, & totum illi ipsum quantus quantus es tradideris regendum: ut ab ipso uno pendeas, unum ames, unum metuas: hoc si feceris, saluus eris. Loquitur igitur Apostolus Romanorum secundo, de spirituali circumcisione, quæ prodest. At carnalis, quæ non fit ex spiritu, nihil prodest.

Circumc. spiritu.

Baptis. ignis & spirituſanct.

Obseruatio legis.

Perijt

CXXXV.

Periit iustus de terra, & rectus in hominibus nõ est. Mich. VII.

Noe uir iustus atque perfectus. Genes. VI.

Nemo iustus.

Canit Dauid, Psal. 13. & 52. Dñs de cœlo respexit super filios hoim, ut uideat an sit intelligens aut requirens cum. Vnusquisq; declinauit, simul inutiles facti sunt: Non est faciens bonum, non est etiam unus. Et repetitur hic uersus à Paulo, sed uolo per Synecdochen intelligas tropo scripturæ familiari, nõ enim erant uniuersi mali & iniusti, sed potior pars. Omnes debebant esse pij et ueri rectiq; amantes, Sed maior pars est inutilis, blasphema, nullius momenti, impia, ut inter mille uix unum reperias sanctum, innocentem: imò ne innocens quidem est innocens, Exodi. 34. Ita tempore Noah omnis caro corruperat uiã suam super terrã. Solus Noah inuenit gratiam coram deo. Hic solum cum deo ambulauit & fuit uir iustus atq; rectus. Quemadmodum idem de Abraamo, Isacho, Iacobo, Hiobo, Dauide, Helia, prophetis atq; alijs patribus sanctis legimus, quos deus conseruauit ab populari immũdicia. Vt accipias istos locos, q oẽs hoïes damnãt per συνεκδοχὴν, id est, intellectionem, ut lõge aliud intelligas, quàm tradit littera, & maiorem partẽ populi euersam intelligas, atq;

Noah iustus

pauos

paucos è tanto numero uere pios. Helias propheta omnes sanctos sublatos crediderat, et tamẽ deus reseruauerat sibi septem milia uirorum, qui non inflexerunt genu imagini Baal. 3. Regũ. 19. Quando tam pauci sint, qui deum uerum metuant & adorent, dicit scriptura ne unum quidem superesse. Et si euolueris diligentius sacras historias, colliges perplures pietatis studiosos, sanctitate & innocentia conspicuos. Sed si istos ad reliquam multitudinem contuleris, nulli sunt aut pauci. Pusillus est grex Christi, Luc. 12. Diminuti sunt sancti, Psal. 11. Et reliquiæ tantũ conuertantur. Numerus impiorum tam grandis & populosus est, ut præ illis pij uix deprehendantur: & apparet nullos omnino superesse iustos, præ illorum multitudine. *Sanctorum paucitas.*

CXXXVI.

Non ueni destruere legem, sed cõplere. Matth. v.

Christus nos redemit ab execratione legis. Galat. III.

Lex, inquit apostolus Paulus, pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur, Galat. 3. quasi diceret: non iustificabat lex, neminem ad perfectionem ducit, Hebræo. 7. Sed tantum ad Christum iustificatorem remittebat, qui est perfectio legis, ad iustificationem omni credenti, Roma. 10. Solus Christus implet legem, & satisfaciebat legi, ac de peccato condemnauit peccatum per *Lex neminẽ uere iustificat.*

Christus tũ per carnem, ut iustificatio legis impleretur in nobis, fit legi obnoxius.

Rom. 8. Non enim uenit soluere aut abolere legem, ne omnino non sit implenda. Sed propterea uenit, ut pro nobis impotentibus, infirmis præstaret legem, et de suo spiritu nobis impartiret, hoc est gratiam, spiritũ & copiam faciendæ legis suppediteret. Nam nemo seruat legem, nisi spiritualis. Nemo autem est spiritualis, nisi qui

Spiritualis quis sit?

spiritum Christi habet, Roma. 8. Spiritum Christi habent omnes uere credẽtes. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia. Primũ igitur explicat Christus usum, & abstrusiorem atq; reconditum sensum legis, & docet legem esse spiritualem, id est, spiritualia requirere, non manum & externa facta tantũ, sed cor, renes, adfectus, mentem atq; spiritum, ut uides apud Matthæum. 5. 6. & 7. capitibus. Deinde suppeditat spiritum, reddit alacrem, propensum, & spiritualem, ut rapiaris totis affectibus ad præstandam legem. Non iubet negligere legem, sed addit animum implendæ legis. Et Apostolus non dicit nos liberatos per Christum à lege, ut porrò nihil ad nos spectet, non sit complenda: sed hoc dicit, nos Christianos redemptos à maledictione atq; tyrãnide legis, id est, lex non agit reos, non condemnabit, non execrabit nos Christianos, qui spiritum domini acepimus, & ultro præstamus legem, sumus bona arbor, plantata secus riuulos aquarum, & in tempore suo reddimus fructum, non transgredimur legem, non uiolamus præceptum, ideoq; nihil iuris condemnandi

demnandi nos habet lex, erepta est illi uis & tyrannis in nos. Maledicit transgressoribus, & qui non seruant legem, tradit orco, execrationi & Sathanæ. Ne uero & nos pietatis autores & Christianum nomen professos simili tyrannide exarnificat. Christus uenit, & p nobis factus est execratio, peccatum, ut nos ab istac maledictione legis eriperemur, & benedicæremur cum fideli Abraham. Christus peccatum nostrum in se transtulit, factus est legi obnoxius, ut nos qui legi eramus obnoxij redimeret, ut adoptione ius filiorum acciperemus, Galat. 4. Nunc itaq; ut paucis dicam: liberati sumus à lege, mortui ei in qua detinebamur, ut seruiamus per nouitatem spiritus, & non per uetustatem literæ, Roma. 7. à litera legis soluti sumus, sed non à spiritu. Implenda est lex, at spiritualiter, quæ omnia dominus apertissime explicat apud Matthæum. Non occidit, nõ exarnificat, non agit reos, non maledicit, non condẽnat nos lex: non enim inuenit in nobis (Christianis dico) q̃ accuset, qui libero spiritu charitatem exeræmus, & facimus quòd deus à nobis requirit. Hac de re non pauca in prima parte diallages nostræ disseruimus, illuc te remittimus lector.

Christus redemit nos à maledicti one legis

CXXXVII.

Facies altare ad adolendũ thymiama. Exod. xxx.

Quo mihi multitudo uictimarum ueſtrarum? Ieſaiæ. 1.

Iudæos olim ſibi delegit deus de cunctis populis ſuper terram, Deute. 7. & .14. quibus etiam iudicia, teſtamenta, & legem ſuam tradidit, ut faceret ſibi populum peculiarem, ſanctum, & legitimum. Nec fecit taliter omni nationi, Pſalm. 147. Voluit enim hiſce æremonijs mundo innotescere: unde addidit externa ſacrificia, oblationes, holocauſta, & ritus ſacrorum, uelut ſymbola quibus à gentibus idololatris ſegregarentur, ut haberent ſigna beneuolentiæ dei: & iſtis corporalibus aut externis æremonijs ad mutuam dilectionem prouocarentur, qui habebant eundem cultum, unum deum, eaſdem æremonias, eadem ſacrificia, agnoſcerent ſe unius dei populũ, & charitate mutua conſtringerentur. Quibus uoluit deus præludere ad uenturũ Chriſtũ. Ideoq; iſthæc omnia figuræ & umbræ fuerunt reuelandæ ueritatis, Chriſti ſcilicet. Lex enim, inquit Apoſtolus, umbra futurorum bonorum, Hebræ 10. & pædagogus ad Chriſtum, Galat. 3. Voluit hiſce legibus ſibi parare populũ, & ad tempus demandauit ſacrificia & reliquos cultus. Hinc eſt q̃ toties inſtituta ſunt ſacrificia atq; alia ſacra. Voluit hiſce figuris & regno externo, aliud ſpirituale ſcilicet regnum præfigurare, & populum ſpiritualem ſibi adparare in regnum ſpirituale: qui ſe deum non in monte, aut Hieroſolymis in templo, coleret, ſed in ſpiritu

Sacrificia Iudæorum ad tempus tantũ inſtituta ſunt.

in ſpiritu & ueritate, Ioan. 4. Id eſt, qui non in hypocriſi & ficta religione, ſed mente & corde ſeruire deo uiuenti. In ſumma, ſacrificia externa umbræ fuerunt tantummodo reuelandæ paulo poſt ueritatis Euangelicæ, Et dominus præcipuæ fidem requirebat & charitatem in externis illis ſacrificijs, uelut apoſtolus Paulus inquit: Lex ſpiritualis eſt, Roma. 7. id eſt, ſpiritualia opera exigit. Non curabit deus corporalia. Bonorũ noſtrorum non indiget, Pſalm. 15. Ideoq; reijcit holocauſta, ſine fide oblata. Oculi eius fidem reſpiciunt, Hiere. 5. Quando autem non confidebant Iudæi in deo ſalutari ſuo, ſed magis in ſuas oblationes, holocauſta et ſacrificia, opera manuum ſuarum, reijcit deus iſta omnia, & dicit: Quis hæc quæſiuit de manibus ueſtris? Ieſaiæ. 1. Quaſi diceret: Ego fidem & charitatem doui, uos neglecta fide & dilectione, tantum in ueſtra opera confiditis. Nolo igitur, ut poſthac ſacrificetis mihi ad eum modum. Animum ego & pectus requiro, uos manum oſtenditis ſanguinolentam, & charitate uacuam. Auriũ expectaui, ſed plumbum obtruditur mihi. Vuas quærebam, ſed eæ labruſcas. Ideoq; apagete cum iſtis nugis. Nõ accipiam de domo tua taurum, de caulis tuis hircos: quoniam meæ ſunt omnes beſtiæ agri, iumenta in montibus & boues: Cognoui omnia uolatilia cœli, & pulchritudo agri mecum eſt Si eſuriero, nõ dicam tibi, meus eſt enim orbis & pulchritudo eius. An manducabo carnes taurorum, & ſanguinem hircorum potabo? Sacrificia Iudæorum quare reiecta.

Immola deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo uota tua. Et inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & glorificabis me, Pſalm. 49. Vide etiam poſita Dauid dolens de ſtupro admiſſo clamat. Si uoluiſſes, ſacrificium dediſſem utiq; holocauſta non amabis, Pſal. 50. Sacrificium deo ſpiritus contritus, cor contritum & humiliatum deus non deſpicies. Vides ubiq; aliud requirere deum, quàm nuda ſacrificia, fidem ſcilicet & miſericordiam: quæ ubi abfuerint à tuis operibus nihil egiſti, nec tantillum præſtitiſti. Vbi uero fides & charitas adfulſerint, egregia, aurea, ſacroſancta, & uere diuina ſunt uniuerſa tua opera. Hoſeæ. 6. Beneficentiam uolo & non ſacrificium. Repete nunc quæ prophetæ in uniuerſum ſcribunt, & uidebis non alium ob cauſſam damnaſſe ſacrificia, quàm q̃ ex incredulitate cordis proruperint. Lege integrum caput Ieſaiæ primum, & in promptu eſt cauſſa reiectarum oblationum. Manus, inquit, ueſtræ ſanguinibus plenæ ſunt, immũdi eſtis, malis ſtudijs, putris arbor. Et Chriſtus diœbat Phariſæis: Progenies uiperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis malis? Matth. 12. Nõ placent deo munera aut quæcunq; opera, niſi antea placat perſona. Opus deo gratum eſt, ſi perſona fuerit grata. Hypocritarum & iniquorum opera maledicta ſunt, quia ſunt & ipſi maledicti. Iuſti uero facta, ſacra & bona ſunt: nam et ipſe ſacer & benedictus eſt. Sacrificia impiorum abominatio ſunt deo: atq; hæc eſt ratio, cur explodat illa deus.

Opera quæ ſint bona & ſacroſancta.

Deus opa reſpicit ꝓptr ꝓſonã.

Mundis,

Mundis, inquit apostolus Paulus, sunt omnia munda. Tit. 1. porrò pollutis & infidelibus nihil est mũdum, sed polluta est illorum & mens & conscientia. Et his qui diligunt deum, omnia simul adiumento sunt in bonum, nimirum his qui iuxta propositum uocati sunt, Roma. 8. Atq; hoc est quod Christus sæpe repetit: Bona arbor, bonos fructus facit, Matth. 7. 12. Lucæ. 6. Adde q; sacrificia Iudæis tantum sint præcepta, Christianis nõ quibus istud tantum mandat dominus Iesus, ut abnegẽt semetipsos, tollant crucem suam, & sequantur ipsum: offerant corpora sua, hostiam uiuentem (non mortuam) sanctam (non prophanam) acceptam deo, Matt. 16. Lucæ. 9. Roma. 12. Spirituales scilicet hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum. 1. Pet. 2. Prophetæ igitur tantum impias oblationes impiorum hominũ condemnãt, q; uiderent præcipua legis, misericordiam & iudicium (Matth. 23.) ab illis hypotritis neglici, & tamen sine fini congeminare sacrificia. Quod iusticia & iudicium facta magis placeant domino, quàm uictimæ, Prouerb. 21. Et multo melior sit obedientia, quàm stultorum uictimæ, Eccle. 4. Dominus enim abominatur sacrificia impiorum. Prouerb. 15. Hostia acceptabilis deo

CXXXVIII.

Pseudo, ppheta interficiatur. Deuterono. xiij.

Hæreticũ post unam atq; alteram

monitionem deuita. Titum. iij.

Permittamus q; Iudæis licitum fuerit seductores ac pseudoprophetas gladio ferire, sed num propterea & nobis Christianis licebit Sectarum authores eodem gladio perdere? minime. Nouerũt omnes pij, arma in scripturis aliud significare, nempe uerbum dei, quo feriendi sunt uniuersi pietatis hostes. Regnum Iudæorum externum fuit regnum, fuit quoq; sacerdotium externum, ideoq; habebat externa sacra & arma. Regnum Christianorum spirituale est, igitur & sacrificia atq; arma sunt spiritualia. Ceremoniæ Iudæorũ, typus fuere Christianæ religionis. Pugnatum est ab Israëlitis aduersus Amorræos, Chananæos, Iebusæos, & reliquas gentes idololatras corporalibus armis. At nobis contra insultus diaboli, portas inferorum, hæreticos, spiritualibus armis dimicandum est. Arma, inquit Paulus, militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia deo ad demolitionem munitionum, quibus consilia demolimur, & omnẽ celsitudinem, quæ exsollitur aduersus cognitionem dei, & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obedientiam Christo, et in promptu habemus uindictam, aduersus omnem inobedientiam. 2. Corinth. 10. Sathan spiritus est, et ut sunt ipsius astutiæ spirituales, Ephe. 6. ideo q; spiritualibus armis oppugnandus, carnalibus nihil efficies, sed reddis uiolentiorem. Hiob. 41. Ab attactu gladij non surgit, lanceæ, hastæ, & thoracis. Reputat pro palea

Arma in scripturis aliud significant.

Ceremoniæ Iudæorũ typus religionis Christianorum.

Sathã spũs est, et nõ timet arma carnalia.

pro palea ferrum, pro ligno putrido æs. Nõ fugabit eũ sagittarius, ad stipulam uertũtur ei lapides fundæ. Quasi stipula reputantur ab eo iacula, & ridet ad tremẽtem clypeum &c. Frustra igitur laborant principes & Episcopi nostri, dum ferro & igni nituntur extinguere pseudoprophetiam, errores, hæreses, catabaptistas, Sacramentarios, & reliquos uertignis spiritus. Ideo q; ait Paulus, sectarum authorem post unam & alteram admonitionem fuge (non interfice, combure, suspende, suffoca aquis, aut perde mala morte) sciens q; euersus sit qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus, Titum 3. Et diuus Ioannes: Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Non iubet stringere gladium, sed deuitare. Videns nimirum hæreses, non ui aut ferro extirpari posse, alioqui dixisset, ne permittatis uiuere. Christus quoq; Matth. 13. non iubet euellere zizania, sed sinere usq; ad messem, hoc est, non uiolentia dissipandas pseudoprophetas, sed uerbo domini extinguendas. Et propheta olim dixit, impium spiritu labiorum dei occidendum, Iesa. 11. Et Paulus ait: Antichristum (à quo omnes pestes, errores & pseudoprophetæ in Ecclesiam Christianorum sparguntur) omnicidium iri spiritu oris domini. 2. Thess. 2. Ex quibus poterit intelligimus, non carnali gladio, sed spirituali conficiendos Hæreticos & falsos prophetas. Erranti igitur magistratus qui flamma & ferro occurrunt

Antichristus nõ gladio corporali, sed spiritu oris domini interficitur.

malo. Nihil iuris habent in eos iudicꝫ huius mundi, (non enim ſunt mentium & animorum atq; conſcientiarum iudicꝫ, ſed corporum) niſi in ius ciuile peccarint, id eſt, erroribus ſuis publica crimina addiderint, ut ſi fuerint ſeditioſi, furcs, adulteri, raptores, pacis publicæ perturbatores, ciuilium legum tranſgreſſores, latrones, proditores, tum licebit magiſtratui in eos animaduertere: at cum tantum in fidem peccarint, deus iudex eſto, et Epiſcopus eos excõmunicato. Quicũq; in adminiſtrationem legum ciuiliũ, & regnum mundi deliquerit, ab eodem regno & præfectis eius punietur. Verũ qui in regnũ ſpirituale peccat, ab eodẽ arguendus eſt, & ſpiritualibus armis confodiendus. Lege. 6. caput Epiſtæ ad Epheſios. Breuiter mundus habet gladium ciuilẽ & adminiſtrationẽ legũ ciuilium: corporum & bonorũ mundi ſunt iudices: quianq; in leges ciuiles peccant, ab eiſdem quoq; puniẽtur: nihil puniant magiſtratus ciuiles, niſi quod ad ſuam adminiſtrationem atq; ius pertineat. Hæreſes uero non ſunt ciuilia aut corporalia mala, ſed ſpiritualia, propterea ſolis ſpiritualibus uerbo domini è mentibus euellenda. Nemo regnet in conſcientijs, niſi ſolus deus: nemo dominetur fidei, niſi ſolus deus, nemo iudicet infidelitatem, niſi ſolus deus. Tyranni igitur ſunt quianq; arripiunt ſibi ius perdendi impios, aut hæreticos. Duplicia enim ſunt peccata, alia ſpiritualia, alia corporalia: horum quoq; ſunt dupliccs iudicꝫ, Spirituales & ciuiles. Spiritualia pec-

Gladius ciuilis nõ habet ius in hæreticos.

Deꝰ iudex cõſciẽtiarũ

Pcta ſpiritualia et cꝛualia.

cata

cata ſnut, infidelitas, deſperatio de diuina miſericordia, puſillanimitas, hæreſis, ſcripturarum non ſana intelligentia, occultum odium, concupiſcentia, & quicquid coram deo peccatum eſt, in iſta nemini mortalium licet animaduertere, niſi ſpiritualibus et ſpiritualibus armis, ueluti dixi. Alia ſunt corporalia peccata ſiue ciuilia, quæ cũq; admittũtur in leges ciuiles, eiusmodi ſunt proditio, furtũ &c. quæ paulo ante recenſui, iſta ſunt ciuili gladio obnoxia & plectẽda. Igitur ſpiritualis ſpiritualia iudicat: magiſtratus ciuilis, ciuilia adminiſtret, & uiolatores legũ ciuiliũ puniat gladio ciuili. Quoties itaq; uales extinguere hæreſes et falſas doctrinas, caue ne gladio ciuili id tentes, hoc enim modo magis ꝓuocabis Sathanã, & ignẽ igni addes, nõ terretur armis corporalibus, ſed uerbũ dei omni fiducia doce, inſta tempeſtiue & intẽpeſtiue, detege hypocriſim, errorẽ & falſam doctrinã, ſuggere ſanũ uerborũ dei intellectũ, explica myſteria, ꝓduc Sathanã è tenebris in lucẽ, quã ferre nõ poterit, & euinces quicqd aliàs conatus fueris, latẽ laudabis, nõ reſtingues incendiũ, uerũ magis excitabis. Ipſe mẽdax eſt, & pater eius rei, Ioan. 8. Si tu nudã & ſimpliciter ueritatẽ protuleris, pelles et uincas oẽs aſſultus diaboli. Sic Petrus iubet reſiſtẽdũ fide. 1. Pet. 5. Quòd uero Iudæi ſuos pſeudoꝓphetas occiderũt, ſcito apud illos oĩa fuiſſe carnalia aut corporalia, regnũ fuit carnale, ſacerdotiũ carnale, populꝰ carnalis, ſacrificia carnalia, oĩa corporalia et externa: umbra figura et typus ſpiritualiũ bonorum

Iudæorũ ſacra omnia corporalia

bonorum, regni, populi, uelut paulo ante dixi, propterea licuit carnali gladio occidere pseudoprophetas. Populus Christianorum uero spiritualis, spiritualibus armis dimicat aduersus pseudoprophetas, hæreticos & falsos fratres.

CXXXIX.

Non delinquent omnes, qui sperant in eum. Psal. XXXIII.

Septies ī die cadit iustus. Pro. xxiiij

Sancti peccant, sed nō ad mortē.

Quod hic dicit Psalmographus, dem etiam diuus Ioannes ait, 1. Ioan. 3. Omnis qui habet hanc spem in eo purificat se, sicut & ille purus est. Et itērū, Oīs qui in eo manet, nō peccat. Et paulopost. Oīs qui natus est ex deo, peccatum nō committit, quoniā semen ipsius in eo manet & nō potest peccare, quòd ex deo natus est. Peccāt nōnunq̄ credētes ex infirmitate carnis, remanētibus in carne reliquijs peccati: uerum istud peccatum ignoscat deus, fidem & cor inspiciens, non imputat, non exprobrat, qui habet exploratam fidem & mentem omnium fidelium. Nemo est qui nō peccet, at deus remittit, & nihil est damnationis ijs, qui insiti sunt Christo Iesu, Rom. 8. Repete ea, quæ in principio conciliationum scripsimus, & habebis eadem quæ nunc agimus, ob id nihil opus est uerbis multis & actum agere.

CXL.

Sathanas expetiuit uos. Luc. xxij.

Malus

Malus ille non tangit eū. 1. Ioan. x.

Sathan stat in perpetuis excubijs, semper insidiatur calcaneo nostro: circuit quasi leo rugiens, quærens quem deuoret: non cessat à tentādis mortalibus, ut præcipitet ad mala: est enim aduersarius noster, hoc est, Sathan & mille artifex. Ideoq; & Christi discipulos adgressus est uelut ipse Christus Petro insinuat, dū inquit: Simon, Simon, ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticū, sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua &c. Vnde igitur fit q; Apostolus Ioannes dicat, malignus nō tangat eū qui ex deo genitus est, qñ uideamus ipsum oīm maximū imponere sanctis & impios quos totos ad suū nutum possidet, nō tamen plurimū, aguntur enim prius pythoni eo spiritu capti ab eo ad ipsius uoluntatem. 2. Timot. 2. Videtur igitur idem mihi Apostolus dicere quod Christus, Portæ inferorū nō prævalebunt aduersus eā. Mat. 16. Quasi diceret: Tentabūt & adorientur quidē ministri Sathanæ, sed nō prævalebunt. Malignus hostis omnibus modis inuadet uos rectos atq; credētes, sed nihil promouebit, nō nocebit uobis, nō tanget uos, uidebitur uos multis molestijs diuexari, at nihil incommodabit. Ipse enim Christus dux & seruator noster uicit mundū, uicit etiā principem huius mundi. Si capiti nō nocuit, minime etiā membris oberit. Confidamus igitur, uiriliter agamus, simus fortes, stemus in fide & custodia, & nō prævalebit aduersus nos Sathan. Non sinet nos deus ultra tentari,

Sathan malle artifex. milib. technis adoriatur pios.

Sathan non uincit ellectos.

ſupra id quod poßumus, imò faciet unà cum tentatione euentũ, quo poßimus ſufferre. 1 Cor. 10. Liberabit nos à malo, Amen. Nemo rapiet oues Chriſti de manu eius. Ioan. 10. Deo enim gratia, qui dedit nobis uictoriam per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. 1. Corinth. 15.

CXLI.

Dominum deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. Deut. VI. Surgens Abraham adorauit populum terræ. Gen. XXIII.

Adorare quid ſit.

Adorare primũ eſt deũ colere, pietatẽ ſuã teſtari, corde & ſpiritu uenerari, et dei auxiliũ implorare. Et iſto modo hic dicit Moyſes: dominũ deum tuũ adorabis, id eſt, coles, inuocabis, honorẽ cordis præſtabis, & uelut uitæ atq; ſalutis authorẽ honorabis, in eũ ſolũ ſpẽ fixã collocabis. & ſic adorare eſt id quod nos Germani dicimus Anbetten, ein Gots dienſt thun. Ita etiam Chriſtus Ioan. 4. utitur. Venuet tempus cum ueri adoratores, id eſt, dei cultores, patrem in ſpiritu et ueritate adorabunt, hoc eſt, colent, ſeruient & inuocabunt. Aliàs adorare creberrime pro uenerari, genua flectere, adoſculari, proſternere accipitur, quod Græci προσκυνεῖν dicũt & προσκύνησιν adorationem, ſeu honorẽ qui corpore x

Abrãã adorauit populũ terræ.

hibetur. Velut Abraam adorauit populũ terræ, id eſt, geſtu aut genuflatione egit gratias, ſiue honerauit populum terræ, Geneſ. 33. Iacob fratrem ſuum Eſau ſeptiēs adora-

es adorabat in terram, id est, incurvauit se aut prosterne bat se cõ illo in terrã Matt. 2. Magi prostrati adora-uerunt puerum, hoc est, uenerati sunt, exhibuerunt honorem, Matthei. 8. Leprosus adorauit Christum, id est, inclinauit se, & gestu corporis ueneratus est eum. Aliud igitur est adorare deum, aliud adorare hominem. Adorare deum est timere, colere & inuo care dominum. Adorare hominem est honorem exhi-bere, & gratias agere. Scriptura refertissima est ex-emplis eiusmodi, Alias peccatum & idololatria est si creaturam adoraueris, & spem in illam collocaueris, quod est osculari manum. Adorare Deum. Adorare hoiem. Osculari manum.

CXLII.

Possedi hominem per deum (dicit Eua de Cain.) Gen. 1111.

Non sicut Cain ex illo malo erat, & occidit fratrem suũ. 1. Ioan. 111.

Aliud est dei aliud hominis iudicium. Deus uniuer sorum conditor omnia nouit, omnia scrutatur renes & corda, nihil est illi absconditum, omnia patent oculis eius. Homo uero iuxta oculorum uisionem & secun-dum personam, id est, externam speciem iudicat, qua le iudicium est in Eua, quæ ubi primum filium Cain genuerat, iudicauit ipsum esse de quo prius audierat dei uocẽ. Semẽ mulieris cõteret caput serpẽtis, Geñ. 3. Iudicium duplex.

Quam

Quam promißionem deus pater de Ieſu Chriſto filio ſuo ediderat, qui ſerpentis caput, id eſt regnũ & potentiam Sathanæ eſſet confracturus. Ipſe uero cogitauit Cain eſſe iſtud ſemen, non ſanè intelligens myſterium de Chriſto. Et dixit: Poſſedi hominem per deum, hoc eſt, poßideo, nacta ſum, & habeo nunc quem deus mihi pollicitus eſt. Per deum inquit, id eſt, præſtante & exhibente deo quod promiſerat: Dei homo eſt hic filius meus, à deo mihi diuinitus exhibitus, errauit igitur mater. Euentus enim aliud indicauit. Cain nempe occidit fratrem, quod argumentum eſt ipſum nõ ex deo ſed ex malo, id eſt, Sathana genitũ. Ioãnes Euangeliſta longe habens oculos clariores atq; perſpicaciores (eſt enim ſpiritualis, qui omnia dijudicat. 1. Cor. 2.) aliam ſententiam fert de impio Caino, quàm mater Eua, uidens nimirum fructus impietatis, qui ſunt proteſtationes & ſigna maligni pectoris. Ex fructibus iudicat arborem, & dicit: Hæc eſt adnunciatio, quam audiſtis ab initio, ut diligatis uos inuicẽ. Non ſicut Cain ex illo malo erat & occidit fratrẽ ſuũ, et propter quid occiditeũ? quia opera eius mala erant, fratris autem eius iuſta. 1. Ioan. 3. Diuina eſt ſententia, quam Ioan. de Caino pronunciat, nam deus ipſe clamat Cain maledictum eſſe Geñ. 4. Ideoq; deœpta eſt Eua uerbo dei male intellecto, dũ ſibi perſuadet, Cainum eße illud cœleſte ſemen quod mulieris caput conculcaturum eſſet, rationis ſuæ iudicium & carnale. Suſpicata enim mox præſtitu-

Cain malus ex malo.

Cain male amauit fratrem.

rum

rum deum, quod sibi pollicitus fuerat, indidit nomen puero Cain, quod significat nanciscì & acquirere: uolens nimirũ significare se adeptam promißionem dei, genuisse filium seu uirum dei, quem deus pollicitus erat &c. Cain unde nomen habeat.

CXLIII.

Num uere cognouerunt principes nostri, hũc esse uere Christum? sed hunc nouimus unde sit. Ioannis septimo.

Si cognouissent, haud quaquam dominum gloriæ crucifixissent. 1. Corinth. ij.

Cognitio dei siue Christi duplex est, carnalis & spiritualis. Carnalis est, qua opinionem quandam & fidẽ mortuam ex rumore creaturis, operibus conceptam de deo habemus, qualem gentes habuerunt, Roma. 1. & qualem etiam Sathan habet, qui seruit diuinam potentiam, agnoscit Iesum Christum esse dei filium, unde toties clamauit, ah, quid rei nobis tecum est Iesu Nazarene, Marci. 1. Scio quis sis, sanctus ille dei, Lu. 4. Matt. 8. Ista uero cognitio omnino non podest, nisi accedat spiritualis cognitio, quæ est fides non simulata. Viderunt Iudæi Christum, & agnouerunt eum secundum carnẽ, nihil spirituale in eo agnoscentes. Ideoq; dixerũt: Nón Cognitio dei duplex. Carnalis dei cognitio nihil facit ad iustificationẽ citra spiritualẽ.

Quam promißionem deus pater de Ieſu Chriſto filio ſuo ediderat, qui ſerpentis caput, id eſt regnũ & potentiam Sathanæ eſſet confracturus. Ipſe uero cogitauit Cain eſſe iſtud ſemen, non ſanè intelligens myſterium de Chriſto. Et dixit: Poſſedi hominem per deum, hoc eſt, poßideo, nacta ſum, & habeo nunc quem deus mihi pollicitus eſt. Per deum inquit, id eſt, præſtante & exhibente deo quod promiſerat: Dei homo eſt hic filius meus, à deo mihi diuinitus exhibitus, errauit igitur mater. Euentus enim aliud indicauit. Cain nempe occidit fratrem, quod argumentum eſt ipſum nõ ex deo ſed ex malo, id eſt, Sathana genitũ. Ioãnes Euangeliſta longe habens oculos clariores atq; perſpicaciores (eſt enim ſpiritualis, qui omnia dijudicat. 1. Cor. 2.) aliam ſententiam fert de impio Caino, quàm mater Eua, uidens nimirum fructus impietatis, qui ſunt proteſtationes & ſigna maligni pectoris. Ex fructibus iudicat arborem, & dicit: Hæc eſt adnunciatio, quam audiſtis ab initio, ut diligatis uos inuicẽ. Non ſicut Cain ex illo malo erat & occidit fratrẽ ſuũ, et propter quid occiditeũ? quia opera eius mala erant, fratris autem eius iuſta. 1. Ioan. 3. Diuina eſt ſententia, quam Ioan. de Caino pronunciat, nam deus ipſe clamat Cain maledictum eſſe Geñ. 4. Ideoq; deceptꝰ eſt Eua uerbo dei male intellecto, dũ ſibi perſuadet, Cainum eße illud cœleſte ſemen quod mulieris caput conculcaturum eſſet, rationis ſuæ iudicium & carnale. Suſpicata enim mox præſtitu-

Cain malus ex malo.

Cain male amauit fratrem.

rum

rum deum, quod sibi pollicitus fuerat, indidit nomen puero Cain, quod significat nanciscí & acquirere: uolens nimirũ significare se adeptam promissionem dei, genuisse filium seu uirum dei, quem deus pollicitus erat &c.

Cain unde nomen habeat.

CXLIII.

Num uere cognouerunt principes nostri, hũc esse uere Christum? sed hunc nouimus unde sit. Ioannis septimo.

Si cognouissent, haud quaquam dominum gloriæ crucifixissent. 1. Corinth. ij.

Cognitio dei siue Christi duplex est, carnalis & spiritualis. Carnalis est, qua opinionem quandam & fidẽ mortuam ex rumore creaturis, operibus cõceptam de deo habemus, qualem gentes habuerunt, Roma. 1. & qualem etiam Sathan habet, qui sentit diuinam potentiam, agnoscit Iesum Christum esse dei filium, unde toties clamauit, ah, quid rei nobis tecum est Iesu Nazarene, Marci. 1. Scio quis sis, sanctus ille dei, Lu. 4. Matt. 8. Ista uero cognitio omnino non podest, nisi accedat spiritualis cognitio, quæ est fides non simulata. Viderunt Iudæi Christum, & agnoucrunt eum secundum carnẽ, nihil spirituale in eo agnoscentes. Ideoq; dixerũt: Nón

Cognitio dei duplex.

Carnalis dei cognitio nihil facit ad iustificationẽ citra spiritualẽ.

ne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem. Quomodo ergo dicit hic, de cœlo descendi? Ioan. 6. Vnde huic hæc? & quæ est sapientia, quæ data est illi? & uirtutes tales per manus eius efficiuntur, Mar. 6. Verum ista cognitio non iustificat, nec prodest quicquam, uelut illa spiritualis, de qua propheta Isaias ca. 53. In scientia sua iustificabit ipse iustos seruos meos multos. Spiritualis igitur cognitio est fides ipsa, quæ agnoscit deum patrem in Christo Iesu. Ioan. 14. Philippe, qui uidet me, uidet & patrem meū. Non credis q̄ ego in patre sum, & pater in me? Spiritualiter agnoscunt deum, qui deum patrem suum, uiam, ueritatem, uitam, resurrectionem, iusticiam, sanctificationem, saluatorem uere credunt, quam cognitionem non habuit unquam mundus. Ioan. 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In sua uenit, & sui eum non receperunt. 1. Corinth. 2. Carnalis homo non accipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia siquidem illi sunt. Matt. 11. Nemo nouit patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Si enim dominū gloriæ cognouissent, & credidissent in eum, non suspēdissent in ligno. Vnde excusat eos Petrus: Scio quòd p̄ ignorantiam fecistis, Act. 3. Nihil igitur diuinæ potentiæ crediderunt in Christo Iesu. Itaq; tanquam seditiosum, execrabilem, dæmoniacum, blasphemum, & mala morte dignum, supplicio tradunt, & interficiunt innocentem. Opinio tantum fuit, & carnalis cognitio, id est fides

Cognitio spūalis iustificat credentes.

Mūdus nunquā cognouit deum.

est fides ficta & inanis iactantia, quando dicunt: Nouimus eum, & uenite occidamus, quia hæres est, Matth. 21. quod arguit ipsa defectio, qui tã leui caussa orta afflictione, abnegant rursus. Intelli:ge igitur locum Ioan. 7. de carnali fide & cognitione, quæ bulla & uentus est. Paulũ uero loqui de spirituali, hoc est uiuaci fide, quã si habuissent Iudæi, nunquam mactassent Christum dominu. Hæc enim est uita æterna, inquit Christus, ut cognoscant te solum, deum uerum, & quem misisti Iesum Christum, Ioan. 17. Id est uera cognitio & integra, uiuax & fides iustificat: dominus noster Iesus Christus addet nobis, ne nomine tantum simus Christiani, hoc est, profiteamur saltem nos deum nosse, factis autem negemus, faciat nos rectos et integros, induat uirtute exalto, ut ipsum solum glorificemus in seæla, Amen.

CXLIIII.

Ne possideatis aurum neq; argentum, neq; æs in crumenis uestris. Matth. x.

Iudas habebat loculos. Ioan. xiij.

Aurum, argentum atq; æs possidere, malum per se Aurũ habe non est, nisi abutaris, aut animũ adposueris. Sunt enim re, malum creaturæ dei: & omnis creatura dei bona est, & nihil non est. reijciendum, si cum gratiarum actione sumatur. 1. Timoth. 4. Christus igitur non uetuit pecuniæ usum, & possessionem honestam: sed abusum & adfectum pro-

hibet, ne ſperemus in caducas & incertas diuitias. Velu ti etiam ſanctus Paulus fecit. 1. Timoth. 6. Aut quia no uam doctrinam mundo erat inuulgaturus dominus Ie ſus, uoluit eam miraculo confirmare, prouidens diſci pulis ſuis neceſſaria, etiam cum non haberent æs in cru menis, unde compararent quibus haberent opus, ut nõ tam ipſi, quàm auditores Euangelij confortarentur ani mis, & crederent Euangelicam doctrinam, quam annũ ciabant apoſtoli uere diuinam atq; cœleſtem, quando uidebant omnia ipſis affatim ſuppetere. Non enim poſ ſum perſuaderi ſic præceptũ apoſtolis, ne perpetuo poſ ſiderent crumenam, ſed tantum ſub primam emiſſionẽ prædicatum Euangelium, quaſi uellet cauere, nedũ Euã gelicum munus ſubirent, de uictu atq; amictu eſſent plus æquo anxij atq; ſolliciti, imò ut pergerent ſparge re Euangelicum ſemen, ipſum interim ipſis de neceſſa rijs prouiſurum, ne careant aut inedia patiantur. Fa cit ad hanc meam interpretationem uerbũ Chriſti in cœ na nouiſſima, ut perſuadeã mihi recta & ſimplicia eſſe quæ ſcribo. Dixit enim: Quãdo miſi uos ſine ſaculo & pera, & calciamentis, num quid defuit uobis? At illi di xerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſacu lum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet, uen dat tunicam ſuam, & emat gladium, Luc. 22. quaſi die ceret: Tum prohibui uobis ſaculos peras, & calciamẽ ta: nunc autem non interdico, olim confirmandæ fidei ue ſtræ, emiſi nudos abſq; ullo uiatico, ut mihi crederẽtis,

Chriſtus nõ uetuit argẽ ti uſum.

ab me-

ab me uno patre & domino uestro penderetis, qui cura ui uobis de necessarijs. Nunc uero qui habet sacculum tollat: ergo liuit illis extra negocium Euangelij circũferre sacculum, peram & crumenam? Sic igitur Iudas loculos habebat, eò q; portaret quæ mittebantur, Ioan. 12. & .13. Deinde legimus Lucæ octauo: Mulieres quasdam pias Christo & apostolis de facultatibus suis ministrasse. Adde q; & apostoli habuerunt pecunias, uelut ex historia ipsa de panum emptione colligimus, Matth. 14. Mar. 6. Lucæ. 9. Ioan. 4. Et Philippus diebat Christo: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, Ioan. 6. Paulus quoq; ex aulæis suis uenditis meratus est æs. Igitur non possum adduci, ut credam discipulis Christi in uniuersum prohibitam pecuniam, sed tantum sub prima emissione in Iudæam ad prædicandũ regnũ dei. Voluit illis specimen suæ paternæ prouidentiæ ac curæ exhibere, ne posthac de patris prouidentia desperarent, aut solliciti essent, neue in sua confiderent. Potens est enim deus pascere citra panem, sola dei benedictio diuitem facit, prouidet nobis etiam, si desint nummi, non derelinquit iustum, nec patitur semen eius quærere panem.

CXLV.

Nequaquã ultra maledicam terræ propter homines. Gene. viij.

Maledictus eris in ciuitate, male-

dictus in agro. Deute. xxviij.

Quum semel inundasset malicia hominis super terram, deleuit deus omnem substantiam, quæ erat super terram, ab homine usq; ad pecus, tam reptile, quàm uolucres cœli, & deleta sunt de terra. Remansit autem solus Noah, & qui cum eo erant in arca, Gene. 7. Vbi uero æssit diluuium, & aquæ fuissent imminutæ super terram, & exiuisset Noah cum omnibus suis ex arca, ut cresœrent & multiplicarentur. Aedificauit Noah altare domino, & obtulit holocausta super aram. Et odoratus est dominus odorem suauitatis: & dixit dominus: Vltra non maledicam terræ propter hominem. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt. Non igitur ultra percutiam omnem animam uiuentem sicut feci. Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent. Aduerte igitur, non enim inquit: parcam homini, & non maledicam: sed ait se terram non ultra maledicturum propter hominem, parsurus est uniuersæ terræ, interim tamen peruitit unam gentem, urbem, uillam, ut dum Pentapolim igni & sulphure perdidit, Gene. 19. Dum Chore Dathan Abyron terra absorbet, Num. 16 Vel turris in Siloe decem & octo casu suo perdidit, Luc. 13. Sed hoc certi samus non fore generalem cataclismũ & internitionem uniuersæ terræ, usq; ad consummationem seculi, quando cœli in morem procellæ transibunt,

Diluuio nõ pditurus est deus terrã.

ſibunt, elementa uero æſtuantia ſoluentur, terraq; & quæ in ea ſunt opera, exurentur. 2. Petri. 3. Habemus enim dei promiſſionem, & ſcimus quod uerax, fidelis & potens ſit: mentiri enim non poteſt, qui eſt ipſiſſima ueritas. Moſes igitur Deut. 28. non contradicit iſti promiſſioni diuinæ, non enim inquit: Maledicta erit uniuerſa terra: ſed hoc dicit: Si audire nolueris uocem domini dei tui, ut cuſtodias & facias omnia mandata eius, & cærimonias quas ego præcipio tibi hodie, uenient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro &c. id eſt, tu præuaricator legis diuinæ eris execrabilis, non uniuerſa terra. Tu tu, quia non audis uocem domini dei tui. Nam ultra promiſſionem ſuam, q̃ non eſſet porrò abolituru terram diluuio, addidit quoq; ſignum, arcum ſcilicet in nubibus, Gene. 9. Maledictiones igitur illæ alteræ ad priuatos pertinent, id eſt ad contemptores diuinæ maieſtatis, quos malos male perdet, Matt. 21. Fideles igitur benedicuntur à domino deo noſtro. At qui incredulus eſt filio dei, non uidebit uitã, ſed ira dei manet ſuper eum, Ioan. 3. Lege Ieſa. 1. Prouer. 10. Pſalm. 36. & nuſquam non in ſcripturis ſacris benedictionem iuſtorum, & uidebis quoq; impiorum maledictionem. In ſumma, beatus eſt, qui non ambulat in conſilio impiorum, & in uia peccatorum non ſtetit, & in conſeſſu irriſorum non ſedit. Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte, Pſal.

Maledictiones præuaricatorũ legis diuinæ.

1. Rursus maledicti qui declinant à mandatis dei, Psal. 118. & maledictus, qui non audit pactum domini, Hier. 11. Habes præterea benedictiones piorum uberrime, Leuit. 26. Deute. 28. quemadmodum etiam ibidem legis maledictiones impiorum.

CXLVI.

Nunc Antichristi multi cœperunt esse, unde scimus nouissimum tempus esse. 1. Ioan. ij.

Rogamus uos fratres, ne cito dimoueamini à uestro sensu, neq; turbemini, neq; per spiritum, neq; per sermonẽ, neq; per epistolã, tanquam à nobis profectã, quasi instet dies Christi. ij. Thes. ij.

Nouissimũ tempus qd' dicatur.

Nouissimum tempus in scripturis, est omne illud spacium à natiuitate, resurrectione, et ascensione Iesu Christi usq; ad consummationem seculi, quicquid interim gestũ est, aut fiet adhuc, dicitur fieri in nouissimis diebus. Igitur à glorificato Christo erexit suas cristas Sathan & Antichristus. Dicitur autem ἀντίχριστος, quisquis sapientiæ, iusticiæ, sanctificationi, doctrinæ, & uerbo Christi resistit uerbo uel opere, uelut ipse dominus exposuit, Matth. 12. Et Luc. 11. Qui non est mecum, aduersus

Antichristus qs sit.

aduersus me est, & qui non colligit mecum, dispergit, id est, Antichristus aliud est nihil quàm aduersarius Christi qui aliud docet quàm Iesum Christũ, qui aliam iusticiam & sanctificationẽ prædicat quàm Iesu Christi Quicunq; in creaturas aut opera et merita sua cõfidũt, & non in deo salutari suo, Antichristi sunt. Exacte nunc Apostolorum scripta ac ueterũ historias, & deprehendes mox à Christi ascensione, graues lupos, pseudoprophetas, seductores, in caulam Christianorum ouiũ irrupisse, & teneros agnellos à sano pabulo diuini eloquij abduxisse, & pro pietatis doctrina dæmoniorum dogma suggessisse, & ij Antichristi sunt, quocunq; tandem titulo sese honestarint atq; ueniditent. Lupi tamen sunt ferocientes & pestilentissimi Antichristi. Est itaq; nunc tempus nouissimum, sed propterea non instat dies domini. Nam Paulus seipsum interpretatur cum addit: Non adueniet dominus, id est, nõ erit extremus & finis seculorum, nisi uenerit defectio prius & reuelatus fuerit homo ille sceleratissimus, filius perditus, qui est aduersarius, hoc est, Antichristus, & effertur aduersus omnem qui dicitur deus aut numen, adeo ut in templo dei sedeat, ostentans seipsum esse deum. 2. Thess. 2. Erant falsi doctores, qui post Apostolum dicerent, imminere diem domini, quandoquidem accessissent nouissima tempora, quorum errorẽ suggillat Paulus, prædicans diem domini nondũ futurum, sed oportere prius omnia fieri quæ prædicta fuerant, in scripturis sanctis:

oportere prius defectionem fieri à fide scilicet, nam sic alibi scribit Apl'us, 1. Tim. 4. Spũs certo loqtur, quod in posterioribus diebus descisent quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis dæmoniorũ, per simulationem falsiloquorumt, cauterio notatam habentium conscientiam, prohibentiũ cõtrahere matrimoniũ iubentiũ abstinere à cibis, quos deus creauit ad sumendum cum gratiarũ actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatẽ &c. Hanc defectionẽ à pietate ad humanas traditiones, & uenena palam uidimus nos sub Romano pontifice. Quis igitur dubitat instare diem domini? Verũ ista ἀπόστασις Pauli ætate nõdũ cœperat, Deinde addit Apostolus prius reuelatum iri hominem illum scelerosum, filium perditionis, quem dixi Antichristum, ideo nondum instabat dies illa. Nunc uero cum nemo non sciat, Papatum esse regnum Antichristi, & reuelatus sit homo peccati & filius perditus, qui mysterium iniquitatis agebat olim, nunc deprehẽsus est & in lucem è tenebris productus. Quis igitur dubitat instare diem domini? Accedit ad hæc Christi uerbum dicentis: Apud omnes gentes oportere prius prædicari Euangelium, Marc. 13. Quod cum uideamus factum his nouissimis diebus, quis dubitat longe abesse diem domini? Percrebuit Euangelij fama apud omnes gentes. Et postremo etiam apud nos in Germania cœptum est prædicari. Reliquum est nihil, nisi ut ueniat filius hoĩs claritate aduentus sui, & destruat Sathanam, & saluos faciat

Antichrũs nũc reuelatus est.

Euãgelium prædicari oportere añ cõsumationem seculi.

faciat nos. Certi sumus ex uerbo domini instare diem domini. Nouit deus patr tempora & articulos tempo rũ. Peraurre omnia Euangeliographorũ scripta, & colliges, modo recte accipias uerba, imminere diẽ dñi. Tã tũ simus parati, leuemus capita nostra, uigilemus & sobrij simus, abijciamus curã huius seculi. Adhuc enim p pusillũ tẽporis, et qui uẽturus est ueniat, et nõ tardabit iustus aũt ex fide uicturus est, et si se subduxerit, nõ ꝑbabitur aĩo meo, Abac. 2. Heb. 10. Contra Anabaptistas definientes tempus diei extremi, diximus prima parte diallages locis 58.

Dies iudicij non longe aberit.

CXLVII.

Quis similis deo inter filios dei? Psalm. LXXXVIII.

Cum apparuerit similes ei erimus. 1. Ioann. III.

Euangelista pulchre lucẽ adhibet uerborũ pugnæ, quæ apparet tantũ in sentẽtijs, ait enim: Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pater, ut filij dei nominemur. Propter hoc mũdus nõ nouit uos, qa nõ nouit eũ. Charissimi nũc filij dei sumus, et nõdũ apparuit quod futuri simus Scimus aũt, quoniã si apparuerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eũ sicuti est. 1. Ioan. 3. Id est nũc tantũ per fidem filij dei sumus. Ideoq; nõ dum plenè similes deo, eramus quidem ad imaginem & similitudinem eius conditi, sed excidimus per peccatum ab innocentia, iusticia

Deo planè similes erimus in resurrectiõe iustorum.

iuſticia & ſanctitate, à Chriſto, qui eſt ipſiſſima imago, facti filij iræ, peccati atq; Sathanæ, rurſus erepti ex hoc ergaſtulo per mortem filij dei, in regnum lucis collocati ſumus. At nondum plene regnamus cum ipſo, nondum ſumus perfecti, neq; ad perfectam iuſticiam rediuimus. Videmus nunc tantum per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, nunc cognoſcimus ex parte, tunc uero in fine ſeculorum cognoſcemus plenius, quemadmodum & cogniti ſumus, primo Corinth. 13. Tum erimus ipſi ſimiles, conregnabimus & erimus conſortes æternæ gloriæ. Aduenæ & peregrini ſumus in hac terra. Et non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, Hebræor. 13. Cum apparuerit, id eſt, in conſummatione ſeculi ſimiles ipſi erimus, ſedebimus ſuper ſedem maieſtatis ipſius & conuiuemus in ſecula. Amen.

CXLVIII.

In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Pſal. CXVIII. Quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius. Roman. XI.

Iudicia dei occulta nobis incognita ſunt.

Iudicia dei occulta, imperſcrutabilia ſunt nobis, nec poterunt ulla ratione deprehendi. Animalis homo non accipit ea, quæ ſunt ſpiritus dei. 1. Corinth. 2. Deus lucem habitat in acceſſam. 1. Timot. 6. Ideoq; nemo poteſt enunciare dei myſteria & occulta iudicia, Quare hunc elegerit

elegerit, alium abiecerit, hunc ditet, alium reddiderit pauperem, hunc multa prudentia & rerum cognitione conspicuum, alium ignauum & stultum fecerit: hæc sunt dei iudicia, quæ nemo hominum perscrutari poterit, et de illis agit Paulus Rom. 8. 9. 10. 11. Propheta uero Dauid non dicit se imperscrutabilia dei iudicia narrare, sed iudicia oris dei, id est, uerbum suum quod ipse reuelauit, quod in scripturis sanctis manifestauit, quibus uoluntatẽ suã expressit, quæ iudicia æque nescieremus, nisi ipse deus uerbo suo patefecisset. Tantum nouimus, tantum pronunciamus, quantum ipse uerbo suo reuelauit. Ait itaq; Dauid: labijs meis narraui omnia iudicia oris tui, ea inquam loquor, quæ ore tuo prodidisti, iudicia oris tui pronuncio, non abscondita, quæ per uerbum tuum nunquam expressisti, sed ea iudicia quæ sunt oris atq; sermonis tui, quæ ipsemet reuelasti nobis. Iudicia oris dei sũt eloquia dñi.

CXLIX.

Fiat uoluntas tua. Matthei. vi. Et ne nos inducas in tentationem. Lucæ. xi.

Orationem dominicam, ueluti uocamus, dominus ipse docuit nos, ceu legis Matthei. 6. & Lucæ. 11. Igitur quum petimus, ne nos inducat in tentationem, secundum uoluntatem ipsius precamur. Hæc enim fiducia est quam habemus apud eum, quòd si quid petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. 1. Ioannis. 5. Non igitur Secundum dei uolũtatẽ orãdum.

igitur contra uoluntatem ipsius oramus, quoties obtestamur, ne patiatur nos in tentationes induci, qui iussit nos ad eum modum precari. Omnis itaq; precatio fiat iuxta uoluntatem dei, id est, cauendum nobis, ne petamus quicquam contra uoluntatem & uerbum ipsius, demus ipsi gloriam & honorem in seacula.

CL.

Qui me cõfitebitur coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Matthæi. x.

Nónne per nomen tuum propheta uimus? Ac tum confitebor illis: nunquam noui uos. Matth. vij.

Cõfessio dei non tantum ore, sed & corde fiat.

Rom. 10. inquit apostolus Paulus: Si confessus fueris ore tuo dominũ Iesum, & crediderit in corde tuo, q̃ deus illũ excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iusticiã, ore aũt fit confessio ad salutẽ, & satis alibi recitatũ est, à nobis dominũ requirere à nobis non tam manus & os, sed pectus & spiritũ. Ipse enim spiritus est, & in spiritu et ueritate uult adorari, Ioan. 4. corde uult prædicari, non ore & hypocrisi tantũ. Frustra colunt deum, qui tantum labijs strepunt, Matt. 15. Qui ore benedicunt, corde uero maledicunt, Psalm. 61. Qui simulant pietatem, aut quæstus siue famæ studio prædicant

prædicāt Christū. Nota est historia, quàm male cesserit olim Bileam prophetæ falso, qui dilexit mercedē iniq=tatis. 2. Pet. 2. et occisus est gladio à filijs Israël. Nu. 31. Iosua 13. Legimus quoq; in Actis Apostolicis quosdā exorcistas filios Sceue Iudæi principis sacerdotū, adiurasse spūs immūdos, quòd quia citra fidē et uocationē legitimā tentauerūt, insiluit in eos spūs malus, & inualuit contra eos, ita ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa, Acto. 19. Qui itaq; uere profitetur Christū in generatione hac adultera, hunc rursus Christus coram patre suo & angelis confitebitur, hūc rursus agnoscet, & secum ad cœlestia euehet regnasa, ciet secū regnare in secula, Eccl. 24. Qui audit me nō confundetur, & qui operātur in me nō peccabunt. Qui elucidāt me uitam æternam habebunt. At qui in hypocrisi & mendacio, citra cordis adfectū prædicāt, solius laudis aut quæstus amore, ij nihil promouebūt, non agnoscentur à deo, sunt enim operarij iniquitatis, de illis loquitur Christus Matth. 7. Multi dicent mihi in illo die: Dñe dñe, nonne per nomen tuū prophetauimus & per nomen tuum dæmonia eiecimus, & per nomen tuū multas uirtutes præstiterimus? At tū confitebor illis: Nunq̄ noui uos, discedite à me qui operamini iniqtatē, id est, nunq̄ candide coluistis me, ideoq; ego nunq̄ noui uos, hypocrisis, uanitas, & auaricia fuit, quòd me prædicastis, ego corda & renes scrutor, exploratum habeo quid monstri alueritis Non recipio uestros labores, quos gloriamini in mei

Falsis prophetis male cessit.

nomine

nomine ſubijſſe, ego nõ emiſi uos, nihil præcepi, minime acerſiui. Nolo poſt hac uos ueſtriq; ſimiles myſteria mea expliare, ingrati ſerui eſtis, ueſtra quæritis nõ me a. Ideoq; comparetis in conſpectu meo, gloriantes de bonis operibus, quod non faciunt pij & recti corde, qui nihil ſuorũ benefactorũ iactãt, ut uides Matth. 25. Sed cũ omnia fecerint, quæ præcepta ſunt eis, dicũt ſerui inutiles ſumus. Luc. 17. Hac ratione, qui: impij prophetæ tantũ ſua quærũt, nõ gloriã noĩs dei, nõ uult dñs ab illis prædicari. Pſal. 49. Peccatori dixit deus, quare tu enarras iuſtificationes meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuum? Tu uero odiſti diſciplinã & eieciſti ſermones meos retrorſum. Si uidebas furẽ currebas cũ eo, & cũ adultero partẽ tuã ponebas &c. Infidelis nũquã cũ fructu docet, in oĩbus operibus noſtris debẽt fides & charitas eſſe artiſſimus ſcopus. Quicquid enim ex fide nõ eſt, peccatũ eſt, Rom. 14. Et Paulus de ſe dicit: Si linguis hominũ loquor & angelorũ, charitatẽ autẽ nõ habeam, factus ſum æs reſonãs, aut cymbalũ tinniens &c. 1. Cor. 13. Quorũ deus uenter eſt, & q terreſtria ſapiunt. Phil. 3. inimici ſunt crucis Chriſti, & nũq ædificabũt eccleſiam Chriſti, ſunt enim operarij iniquitatis.

Pij nõ gloriãtur de ſuis opib9 uelut impij.

Ab ĩpijs nõ uult prædicari deus.

CLI.

Timor nõ eſt in charitate. 1. Io. iiij.
Beati oẽs qui timẽt dñm. Pſ. cxxvij.

Veteres

Veteres theologi duplicem timorem esse affirmarũt: alium filialem, alium seruilem dixere. Timor filialis, est rectus timor dei, quum uenero diligo & metuo deum, non propter aliud, quàm quòd deus & pater est, uelut filius uenerator & timet patrem suum, non quia corripitur à patre: sed quia amat patrẽ, & agnoscit parentem suum. Is timor dei planè ex amore & fide prouenit, non odio aut metu carnali, estq; aliud nihil quàm ipsa fides, Prouer. 28. Beatus qui semper pauidus est. Iste timor est cognitio dei, iuxta illud: Initiũ sapientiæ est timor dñi, Prouer. 9. & Psal. 110. & de hoc loquitur propheta cum inquit: Beati oẽs qui timent dñm, qui ambulant in uijs eius. Inde dicuntur timentes dñm fideles, pij, et sancti. Psal. 33. Timete dñm oẽs sancti eius, quoniã nihil deest timẽtibus eũ. Hiob. 1. dicitur ipse uir simplex, rectus, et timens deũ. Luc. 1. Et misericordia eius in progeniem & progenie, timentibus ipsum. Alius uero timor seruilis scilicet, qui est hypocriticus, carnalis, simulatus, nõ est in charitate, inquit Ioannes: Sed perfecta charitas foras eijcit timorem: quoniam timor cruciatũ habet, id est iste timor, quem seruilem uocant, non est rectus, non est spiritualis, non est dexter, non enim prouenit ex charitate, sed ex metu pœnarum. Serui enim timent dominos non ex amore, sed formidine fustis: unde natum est illud: Oderunt quem metuunt, & Quot serui, tot hostes. Carnaliter siue seruiliter timent deum, qui uelut iudicem pœnarum metu horrent,

Timor filialis.

Timor dei est fides seu cognitio dei

Timentes dominum.

Timor seruilis & hypocriticus.

uel in periculis aut peccatis, quum sentiunt iram dei: alioqui extra pericula & peccata, cum res ad uota eorum successerit, securi non curant deum. Eiusmodi timor erat in Iudæis ad montem Sina, cum audirent tonitrua, fulgura, coruscationes, Exod 19. Quando dicunt ad Mosen: Loquere tu nobis, & audiemus: Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur, Exodi. 20. Hic timor est in omnibus hypocritis et iusticiarijs. Et de isto timore loquitur diuus Ioannes, cum dicit: Timorem non esse ex charitate. Filialis enim timor ex ipso amore nascitur. Times enim deum, quia amas. Impij uero timent deum, quia odiunt. Fideles ut patrem uenerantur & timent. Increduli uero uelut tyrannum & iudicem fugiunt & metuunt. Virtutis est quod recti timent dominũ. Increduli uero, nisi sentirent aliquando irã dei de cœlo, perpetuo non timerent. Hoc uidit etiam gentilis Poëta, qui cecinit:

Impij timẽt deũ, non ut patrẽ, sed uelut tyrannum.

Oderunt peccare boni, uirtutis amore,
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

CLII.

Mandata eius grauia non sunt. I. Ioannis. V.

Quid tentatis deum, ut imponatur iugum super ceruices discipulorum, quod neq; patres nostri, neq;

stri, neq; nos portare potuimus. Actorum. xv.

Non sum nescius me in prima parte conciliationum nostrarum, locis. 92. fermè eadem scripsisse quæ nunc repeto. Præcepta dei leuia esse per charitatem, ijs qui spiritum domini acceperunt, qui spiritus adiuuat infirmitatem nostram: alioqui carni esse grauissima & intolerabilia, nisi accederet spiritus sancti adminiculum. Quod enim apud homines impossibile, deo possibile est, Matth. 19. Quod per se onerosum, difficile, & factu graue, hoc per fidem in Christum fit leue & facile. Charitas enim aufert à nobis legis difficultatem, & accipit spiritum, per quem nihil non leue, iucundum & suaue. Quemadmodum quoq; uulgo dicunt: Sola delectatio conseruat operantem in opere. Et Christus ait: Iugum meum commodum est, & onus meum leue, Mat. 11. & deinde diuus Ioannes: In hoc cognoscimus filios dei, quum deum diligimus, & præcepta eius seruamus. Hæc est enim charitas dei, ut præcepta eius seruemus, & præcepta eius leuia sunt. Audi uero rationem huius facilitatis. Quoniam omne quod natum est ex deo, uincit mundum, & hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quòd Iesus est filius dei? 1. Ioan. 5. Hic audis renatæ & fidem ipsam mandata dei fœre nobis leuia, quæ carni dura & importabilia erant. Nisi enim quis

Lex dei quomõ & facilis & dura.

Præcepta dei quibus leuia.

renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non introibit in regnum dei, Ioan. 3. id eſt, nemo aptus aut idoneus eſt regno cœleſti, aut obeundis operibus dei, niſi regenitus aqua & ſpiritu, niſi fidelis & ſpiritualis. Solus igitur ſpiritus facit nos filios dei: & is ſolus implet in nobis legem. Quia nemo poteſt dicere dominũ Ieſum, niſi per ſpiritum ſanctum. 1. Corinth. 12. Eſt itaq; ſpiritus in nobis, qui facit legem, qui accipit Chriſtum. Itaq; lex quæ ſpiritui facilis eſt, carni eſt inuolerabilis ſarcina. Adde quòd lex ſi imponatur ad iuſtificationem, omnino non ſit toleranda: non enim tradita eſt diuinitus ut purificet hominem, ſed tantum ut reuelaret qui ſimus intus & in cute, quatenus cognita imbecilitate noſtra, ad medicum noſtrũ Ieſum Chriſtum adſpiraremus. Apoſtoli itaq; in Hieroſolymitano concilio, nolebant ut diſcipulorum ceruices aliis atq; aliis legibus de circumciſione, aliisq; cæremonijs grauarentur, quæ omnino nihil faceret ad ſanctificationem ſpiritus, quandoquidem ſalus & iuſtificatio non ex operibus aut meritis contingeret, ſed ex ſola gratia & miſericordia dei patris, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Nolite igitur, inquiunt, grauibus ſarcinis onerare diſcipulorum humeros, quas ſuſcipere ac ſuſtinere non poterunt. Lex Moſi eſt iugum oneris grauius, quàm quod queat à carne ferri, Ieſa. 9. Rom. 8. In ſumma: Lex Moſis, quia corda & adfectus requirit, oneroſiſſima eſt carni. Chriſti uero lex eſt facillima. Moſes enim non ſuppeditat uires & ſpiritum faciundæ

Lex ſpiritui facilis.

faciundæ legis, quemadmodum Christus, sed tantũ urget. Christus uero paracletum spiritum sanctum largitur suis cultoribus, per quem faciundi præcepti copia administratur.

CLIII.

Regnum dei est in sermone. 1. Corinth. iiij.

Ore fit confessio ad salutem. Romano. X.

Apostolus in Corinthijs contra inflatos & gloriosos doctores loquitur: Qui profitentur se nosse deum, factis autem negant, qui proijciunt ampullas & sesquipedalia uerba, qui etiam persuasorijs humanæ sapientiæ uerbis utuntur, non simplicibus, ut est ueritatis oratio simplex, sed confusaneis et obscuris. Et de se inquit: Non misit me Christus ut baptizarem, sed ut Euangelizarem, non erudito sermone, id est probabilibus aut ueri similibus rationibus hũani captus. Infatuauit enim deus sapientiam mundi huius. 1. Corinth. 1. Et paulo post: Ego cum uenirem ad uos fratres, non ueniebam cum eminentia sermonis aut sapientiæ, annuncians uobis testimonium dei &c. 1. Corinth. 2. Rationem uero ipse subijcit: Regnum dei non est in sermone, non sunt mox omnes pij atq; spirituales, qui sapienter de uerbo domini aut scripturis loquuntur atq; blacterant. Nam hypocritæ crebro in ore habent: Templum domini tẽ

Contra sophisticos doctores.

plum domini, Hiere. 7. Verbum dei, uerbum dei, Scriptura, scriptura. Et Sathanas nouit de scripturis pronũciare. Impij quiq; iactitant oracula dei, Pica loquatores at non est pietas multa garrulitas, & frequens sermo de uerbo domini, nisi prius corde credideris. Videmus unctius nostros sacrificulos uehementissime Psalmos reboare in suis templis ac monasterijs tumultuosissimis. Verum quis magis persequitur atq; odit pietatem, istis clamosis monachis atq; archadicis asinis? Pietas est, ut pius sis, deum timeas, & uocem illius audias, deinde ut seruias proximo. Non satis est ore multa de Christo strepere, nisi etiam uita & moribus exprimas Christũ. Qui enim dicit se nosse deum, & præcepta eius nõ seruat, mendax est, & ueritas in eo non est. 1. Ioan. 2. Et diuus Iacobus ait: Sitis effectores sermonis, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos, Iaco. 1. Seruus enim sciens uoluntatem domini, & non faciens, plagis uapulabit multis, Lucæ. 12. Hoc igitur est regnum dei, ut iustus, pacificus, pauper spiritu, sanctus & innocens sis. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Roma. 14. Non est regnum dei cibus ac potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Etenim qui per hæc seruit Christo, acceptus est deo, & probatus hominibus. Christus quoq; ait: Si me diligitis, mandata mea seruate. Ex quibus satis intelligis, regnum dei non esse in sermone grandiloquo & boatu monachico, sed in uirtute. Paulus itaq; Rom. 10.

Pietas est, si pius sis.

Regnũ dei quid sit.

non con

non contradicit huic sententiæ, quando inquit: Ore fit confessio ad salutem. Dixerat enim de uera confessione quæ non sit in hypocrisi, aut uanitate, laudis atq; iactãtiæ studio afflata, sic autem habet eius oratio: Si confessus fueris ore tuo dominũ Iesum, & credideris in corde tuo quòd deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iusticiã, ore autem fit confessio ad salutem. Audis spiritum prius fidem à nobis requirere, quæ ubi aberit, hypocrita es & uanus iactator, operarius quoq; iniquitatis, Matth. 7. Nam quod ex fide non fit, peccatum est, Roma 14. Fidei confessio, quæ spiritualis est, prodest ad salutem. De illa loquitur Christus, Matth. 10. Omnis qui me confitebitur coram hominibus, confitebor & eum coram patre meo, qui in cœlis est. Et rursus Matth. 12. Ex dictis tuis iustificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis. De simulata uero cõfessione, idem dominus disserit apud Mathæum cap. 7. Non quisquis dicit mihi: Domine domine, introibit in regnum cœlorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est &c. Aliud igitur est pietas, aliud hypocrisis. Alia est fidei cõfessio, alia impietatis. Habes præterea Paulum 1. Corinth. 4. cap. loqui contra uanos hypocritas & uerbosos pseudoprophetas, qui tantũ student orationi fucatæ humana prudentia, aut philosophicis rationibus, ut inescent, decipiant & circumueniant simplices, rectos, & pietatis studiosos. Prouer. 10. In multiloquio raro deerit peccatum. Ideoq; uitandi

Cõfessio fidei prodest ad salutem.

Vitandi sophistici cauillatores.

sunt battalogi, qui non amant simplicitatem, sed modis omnibus orationem suam ornant multis persuasibilibus humanæ sapientiæ, rationisq; sermonibus, adfectata oratiõe lenocinio uerborum, quibus manis redditur crux Christi.

CLIIII.

Qui committit peccatum, ex diabolo est. 1. Ioan. iij.

Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. II. Cor. v.

Scriptura reuera non pugnat, sed nosipsi pugnamus & quales nos sumus, tales etiam alios iudicamus. Insuper deus quoq; nobis talis est, qualem credimus, & in corde fingimus, ut habet Psalter ille mysticus: Cum bono bonus eris, & cum uiro immaculato immaculatus eris. Cum electo electus eris, & cum peruerso peruersus eris, Psalm. 17. & 2. Samuelis. 22. Pari ratione scriptura nostro iudicio, ut puta carnali, sibijpsi contraria, & pugnans uidetur, quandoquidem ipsi nobisipsis minime consentimus, & semper caro pugnet aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, Galat. 5. Si quis oculis adponat conspicilia rubea, omnia quæ tum contemplantur à nobis, eiusdem coloris censentur. Rursus si de mat, & alterius coloris uitrum adfigat, mox etiã alius color obuersatur nostro uisui, ex nobis ipsis uniuersos iudicamus. In hunc modum carnali sensui, qui nunc huc nunc

Deus talis est nobis qualem credimus.

nunc illuc fertur, uersatilis quoq; est scriptura. Spiritu alibus uero qui constantes, perspicaces & spirituales habent oculos, scriptura non pugnat, sed lucida, concors, simplex, firma, ubiq; sibijpsi similis est. Modo adsit spiritualis & æquus lector, qui cum iudicio legat uniuersa. Ioannes itaq; pulchra antitheſi confert iustum & iniustum. Iustus est inquit, qui facit iusticiam. Iniustus uero qui operatur iniusticiam. Iustus peccatum non facit, conseruat suam uitam ab immundicia, iniquitate & seculo nequam. Rursus iniustus per omnem uitam uolutatur in immundicia, sordicie, peccatis, uelut ami ea luto gaudens. Bonus homo è bono thesauro cordis sui profert bonum, sicut malus homo è malo pectore mala depromit, Matthei. 12. Rarum est admodum bonam & frugi arborem gignere putrem atq; malum fructum. Commune est, qualis arbor talis fructus. Vnde etiã Christus pronũciauit: à fructibus eorũ agnoſcetis eos. Quisq; igitur ex Sathana genitus est, & nec dum ex aqua & spiritu renatus, parentem studio & moribus imitatur. Is mendax est, et pater eius rei, Ioan. 8. Is malignus est et ipsa malicia. Sequtur igitur patrẽ suã proles. Et ob eã causſam inquit Apostolus Ioannes: q facit peccatũ, ex diabolo est: filij Sathanæ, iræ, atq; maledictiõis sunt impij. Et loquitur de communi studio atq; opere. Impijenim nunquam non peccant. Mala arbor semper malos fructus generat. Licet etiam iustus aliquando cadat, tamẽ resurgit, Prouer. 24. & non imputantur ipsi peccata. Im

Iustus non peccat.

Impij sunt proles Sathanæ.

pius uero nunq̃ nõ iacet in pctõrũ sordibus, nõ resurgit, nõ desinit se uolucre & inquinare alijs atq; alijs subin de inquinamentis et pollutionibus, Apoc 22. Qui sordidus est, sordescat adhuc. Verũ alter locus. 2. Cor. 5. Eũ q nõ nouit peccatũ, pro nobis pctũm fecit, ut nos efficeremur iustitia dei per illũ, sic accipiendus: Chrũs Iesus nõ fecit peccatũ, nõ enĩ hoc uult Aplus, neq; est dolus reptus in ore eius, Iesa 53. 1. Pet. 2. Tentauit quidẽ cũ Sathanas, sed nõ inuenit in eo quicq̃. Io. 14. Propterea uere potuit Iudeis dicere: Quis ex uobis conuincet me de peccato, Ioan 8. Nihil igitur deliqt, nõ peccauit, nõ est preuaricator legis dominicæ, quã uenit implere, Mat. 5 Sed factus est pctũm, id est sacrificiũ et hostia p pctis nostris, in se transtulit pctũm nostrũ factus pro nobis execratio seu maledictũ, ut nos bñdicaremur. Tropus est scripturæ familiaris συνεκδοχὴ uelut iã aliquoties memini, et propheta Hosea cap 4. peccatũ pro hostia peccati accipit cũ inquit: Peccata populi mei comedent sacerdotes. Pari modo Paul. Rom. 8. de peccato condemnauit peccatũ per carnẽ, id est, Christus factus est pro nobis peccatũ et maledictio, sacrificiũ pro peccato, ut nos a peccato liberaremur, ne in peccatis nostris condemnaremur, ipse maledictionem subijt, ut nos benedictionem assequeremur, Mortem passus est, ne nos moreremur, sed per mortem transiremus ad uitam. Factus est inquit Paulus, peccatum & execratio, non commisit peccatum aut quicquam maledictione æterna dignum, Heb. 4. Tentatum per omnia

Chrũs quo modo fact9 sit pctũm.

Pctũm pro hostia pro peccato.

per omnia iuxta similitudinem absq; peccato. Inaniuit semetipsum forma serui sumpta in similitudine hoim cõstitutus, & figura reptus ut homo, humilẽ præbuit semetipsum. factus obe diẽs usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Philip 2 deus posuit in eo iniqtates oĩm nostrorũ, & liuore eius sanati sumus. Iesa 53. & Deu. 21. Maledictus oĩs q pẽdet in ligno. Quæ oĩa nolo intelligas de Christo pro se, q est iustitia, sapientia, redẽptio & sẽctificatio nostra, 1. Cor. 5. Sed pro nobis factus est peccatũ, ut fieremus innocẽtia & iustitia dei per illũ. 2. Cor. 5. Factus est execratio, ut nos redimeret ab execratione legis Gal. 3. Caro factus est, ut nos fieremus spũs. Nõ igitur dicit Apostolus Christum commisisse pctũm, & propterea esse ex diabolo, sed ipsum Christum a deo patre suo factũ pctũm, er ist an unser statt getreten, hat unser sund auff sich genumen, ist zum burgen und bezaler worden, qui non eramus soluendo, satisfecit pro nobis.

CLV.

Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrẽ meũ. Ioan. XX. Mulieres tenuerunt pedes eius, & adorauerũt eũ. Matth. XXVIII.

Maria Magdalene ob Christi carnalem præsentiam carnaliter exultans, nõ admittitur ut tangat Christum, sed ad altiora & spũalia prouocatur, ad fidem scilicet, propterea dicit ei Christus: Noli tangere. Nondum enim

ascendi

Mariam quare non passus sit Christus se tangere.

ascendi ad patrem meum, id est, nondum credis me sedere ad dextram patris & esse eiusdem potentiæ, sapientiæ, maiestatis ac gloriæ cum deo patre, carnale aliquid in me credis, quod omnino nihil proderit, nisi spiritu aut fide me tangas, id est, uere me credas dominũ gloriæ. Ideoq; ascende, & ne tetigeris me, alius nunc sum glorificatus, immortalis, deus uiuorum et mortuorum. Alio igitur modo me tangas necessarium erit, nempe fide. Regnum meum non est externum, ut externis digitulis tangar, sed spirituale, ideoq; uolo spiritualiter tangi. Tibi nõ dũ ascendi ad patrem, tu me putas non alium quàm erat Lazarus à resurrectione, non credis me glorificatum, et saluatorem mortisq; dominum, ideoq; nõ patiar me tangi. Vbi uero tibi ascendero, id est, credideris me uere esse seruatorẽ mundi, uictorem mortis, iudicem & dominum uiuorum atq; mortuorum, authorem uitæ ac salutis, tum me tangito, quod citra fidẽ non facies. Rom. 14. In hoc Christus & mortuus est & resurrexit, & reuixit, et mortuis & uiuentibus dñetur. Alias uero mulieres nihil carnalis apud ipsum quærẽtes, passus est se tangere, ut ærtiores essent testes resurrectionis eius corã discipulis. Propterea cõsolatur eos dicẽs, Nolite timere, ite renũciate fratribus meis ut eãt in Galileam, et ibi me uidebũt. Cõsulat, si qs plura desiderat, Augustinũ in cõcordia Euãgelistarũ, & eos qui ex nostris scripserũt in Euangelia, Ioannẽ Eugenhagium Pomeranum, & Ioannem Brentium Hallensem.

Præpa-

CLVI.

Præparate corda uestra domino: 1. Samue. vij.

Dñi est dirigere gressus. Pro. xvi.

Multa in scripturis præcipiuntur, & speciem habẽt quasi in nostris situ sit utribus ea præstare, ut sunt ferme omnia legis uerba, aut imperatiua, ueluti sunt: Lauamini, mundi estote, Iesa. 1. Laua à malicia cor tuũ, Hiere. 4. Conuertere ad dominũ deum tuũ, Hoseæ. 14. Præbe fili mi cor tuum mihi, Prouer. 23. Diliges dominum deum tuũ, Deut. 6. Pœnitentiã agite, Matt. 3. Verũ ista non præcepta sunt, ut mox posis facere. Lex non præstat uim faciendi bonum. Sed propterea scripta sunt ad nos, ut pendeamus à solo deo omnipotente, dum nostrã impotentiã, fragilitatem, & debilitatem corã nobis contemplamur. Lex enim data est, ut reducat nos in nostri cognitionẽ, & demonstret quàm nulli & imbecilles simus, & ne tantillũ mutare possimus ingenũ nostrũ, & carnis naturam. Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus uarietates suas, & uos poteritis benefacere, cum dediscritis malũ. Sed quando dediscamus, aut obliuiscamur maliciæ? quando cœli mouendi sunt & terra. 2. Cor. 3. Non sumus idonei ex nobis ipsis cogitare quicq̃, tanquã ex nobis ipsis: sed oĩs idoneitas nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nõ litteræ, sed spũs. Infirmi sumus & impo

Quare deus impossibilia nobis præceperit.

Contra liberũ arbitriũ.

et impotentes, oĩs fortitudo noſtra ex deo eſt, Pſal. 67. Deus Iſraël ipſe dat uirtutẽ et fortitudinem populo. iſte opatur in nobis ſi qd probe fecerimus, ille innouat cor noſtrũ, & dirigit greſſus noſtros, pſal 36. Homo inſtituit in animo, uerũ a dño ſermo linguæ eſt. Hoĩbus ſuæ uiæ mũdæ uidentur. At deus impellit ſpũs. Cor hoĩs delibe rat de uia ſua, dñs uero promouet greſſus ſuos, Pro. 16. Nihil igitur eſt illarũ rerũ, immutãdi cor, ponẽdi affectus, in uiribus noſtris, aut libero arbitrio. Solus deus omnia poteſt, nos poſſumus ne tãtillũ, niſi ille ſpiritu ſuo induerit et cor nouũ reddiderit. Deus eſt qui agit in nobis & uelle & perfiære, pro bono animi ꝓpoſito, Phi. 2. Vnde ait ipſe dñs per prophetã: Dabo eis cor ut ſciant me, Hier. 24. Ergo ſine deo nihil poſſumus? Vnde toties orant ſancti. Dirige me dñe deus meus, doce me iuſtificationes tuas. Cor mũdũ crea in me. Quibus uerbis palàm indicant ſe nihil poſſe ſuis uiribus & lib. arbitr. citra dei auxiliũ. Et ſunt tamẽ homini multa præcepta, ut per ea in ſui cognitionẽ, imbecillitatẽ, fragilitatẽ, impotentiã & miſeriam inducatur, & diſcat confidere in domino inuocare dominũ, diffidere de ſua præſumptione, uiribus & ſcĩtate, & inſuper ſperare in dñm deũ. Vult deus hiſce grauibus & inuolerabilibus præceptis, hominẽ ad ſe alliœre. Iſtã de lib. arb. et uiribus humanis diſputationem habuit dñs Ieſus cũ Nicodemo principe Iudeorũ, Ioan. 3. Ratio & prudentia humana nõ uult œdere ſapientiæ dei, ideo ꝓcumbit. Repete ſi uoles

Deus opatur oĩa in omnibus.

quæ

quæ in prima parte conciliationum ſuper hac re ſcripſimus copioſe, nec erit opus nos acta agere.

CLVII.

Qui curat diē, dño curat. Ro. xiiij. Dies obſeruatis & menſes, & tpa, & annos: metuo de uobis, ne fruſtra laborauerim erga uos. Gal. iiij.

Infirmorū habēda ratio.

Paulus in tota Epiſtola quam Romanis ſcripſit, duo potiſſimum docet, Fidem & charitatem. Fidem docuit ab initio Epiſtolæ uſq; ad. 12. caput, in quo incipit, & uſq; ad finem. docet charitatem, quæ ſunt omnium bonorum operum regula. Erant itaq; Apoſtoli temporibus fortes & infirmi. Fortes ueſcebantur quibuslibet, apprehenderant enim libertatem Chriſtianam, ſciebāt credentibus omnia eſſe libera, ſancta, atq; munda. Præterea eſcam nos deo nō cōmendare: Neq; ſi comedamus, aliquid nobis ſupereſt: neq; ſi nō comedamus, quicq̄ nobis deeſt. 1. Cor. 8. ijdem quoq; fide fortiores non obſeruabant dierū diſcrimina, nouerant enim apud Chriſtianos eſſe perpetuū Sabbatū, Ieſa. 66. Oēs dies ſacros eſſe nullum ſanctiorem altero, quando filius hominis eſſet quoq; dominus Sabbati, Marc. 2. Verū nō deerāt infirmi, qui iſtam libertatem nondū appræhenderāt, ij abſtinebant à quibusdam cibis, obſeruabant quoſdā dies religioſius. quos fide fortiores præ ſe cōtemnebāt. ex q̄bus Apoſtolus ſumpſit occaſionē ſcribendi huius capitis.

Oīa mūda mundis.

Et iubet

Infirmos nõ esse offendẽdos.

Et iubet infirmos fide suscipiendos nõ ad dijudicatiões disceptationum. Prohibet offendiculũ, ne infirmi à fortioribus lædantur, & ponatur lapsis occasio. Si enim propter cibũ contristatur frater tuus, non iam secundũ charitatẽ ambulas, inquit Aplus. Ne cibo tuo illũ perdas, pro quo Chrũs mortuus est. Ne uestrũ igitur bonũ hominum maledicentiæ sit obnoxiũ. Non enim est regnũ dei cibus & potus, sed iusticia, & pax, & gaudium in spiritu sancto, Rom. 14. Expende totum caput & uide bis quanta sit habenda ratio infirmorũ: tu igitur ne reijcias quos dominus non reijcit. Nam quod illi curant diem, domino curant. Et qui non curat diem, dño non curat. Vnicuiq; sua mens satisfaciat: quisq; certus sit de sua conscientia, ut sibijpsi satisfacere possit, ne edat aut quicq̃ aliud faciat contra conscientiam. Habes unnc Paulũ hoc loci de infirmis loqui, quod non facit in Epla ad Galatas: Nam ibi contra sanctulos, hypocritas, iusticiarios, qui posuerunt spem brachium suũ, à pseudoapostolis seducti, operibus legis Mosaicæ tribuebant iusticiam,

Idololatria est cõfidere in propriã iusticiam.

quod est abnegare Christum, & manifesta idololatria, ideoq; acerbius in eos inuehitur, Galatæ enim nõ erãt infirmi, ut daret ipsis aliqd Apostolo, et toleraret infirmitatẽ ipsorũ: sed sibi arrogabãt sanctitatẽ, scietiã, et qd nõ? ubiecerũt clemẽtia, et sape sibi uidebãtur aq; regnare. Ait itaq; Apostolus: Tũ cũ ignorarctis deũ, seruiebatis his, q̃ natura nõ sunt dij: eratis simulacrorũ cultores. At nunc postea q̃ cognouistis deum, quin potius cogniti

estis

estis à deo, quomodo conuertimini denuo ad infirma et egena elementa, quibus iterum ab integro seruire uultis? Dies obseruatis & menses, et tempora, & annos? metuo de uobis, ne frustra laborauerim erga uos. Deinde addit: In libertate igitur, qua Christus nos liberauit, state, & ne rursus iugo seruitutis implicemini. A' gratia excidistis, quicunq; per legem iustificamini. Christus uobis factus est ociosus, Galat. 5. In hunc scopũ defixa est tota epistola, ut probet iusticiam esse ex fide, & non ex operibus legis: quod idem facit in epistola ad Romanos. Errabant igitur Galatæ, qui à iusticia dei aut fidei in operum iusticiam atq; fiduciam reciderant, quos reuocat Paulus, et contundit pseudapostolorum ferociã, magno spiritu docens fide iustificari hominem, nullos cibos immundos, nisi immundis, quibus nihil est mundũ, Tit. 1. Nullum habendum discrimen dierum, omnes dies esse sanctos, nullos præterea prophanos. Omnia enim opera dei sunt bona, & nihil reijciendum, si cum gratiarũactione sumantur. 1. Timot. 4. Peccant igitur Papistæ, dum prohibent cibos, faciunt discrimen dierum, & peccatum peccato accumulant. Omnes dies sancti sunt, nõ est ullus sanctior altero, ppterea cauit Paulus ne conscientiæ obligarentur istis nugis. Coloss. 2. Nemo uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorum, quæ sunt umbra rerum futurarum, corpus autem Christi. 1. Corint. 7. Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Luc. 12. Ca- Galatarũ error.

uete à fermento phariſæorum &c. Sunt igitur media, media & libera: libera. Tun' cogas fratres ad media aut libera, alioqui redegiſti libertatem in ſeruitutem, &

Libera media ad neceſſaria. Libera uoco, quæ non ſunt captus, quæ ſint. aut lege diuina prohibita, ſed omnibus aperta, licita & permiſſa, ut liceat ea facere uel obmittere. Liber campus eſt, à quo nemo arcetur, qui omnibus apertus eſt: tu uero ſi aliquos cohibebis, reddis campum non liberum. Matrimonia libera & licita ſunt: at quum tyrannus, uelut fecit Antichriſtus ſacerdotibus, monachis, aut ueſtalibus interdixerit connubia, qui quæſo libera ſunt? Si uis coniugia eſſe libera patere, ut coniuges aut mariti fiant, quicunq; continentiæ dono orbati fuerint, ſint uel monachi uel uirgines. Idem iudicium eſto de alijs rebus, quas medias uocant. Carnes liberæ ſunt: tu uero Anti-

De rebus medijs. chriſte caue ne interdicas nobis carnium eſum ſextis feriis: & quæ deus purificauit, tu communia aut immunda ne dixeris. Ne ſinas te adorari, beſtia enim es. Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Circumciſio nihil eſt, præputium nihil eſt, ſed fides per dilectionem operans, Galat. 5. In rebus medijs fides et charitas ſint Canon & ſcopus. Multa ſunt hodie inutilia & uana ſimulachra, quæ pertinaciores, & qui ſibi aliquid eſſe præ cæteris uidentur, pro medijs iudicant & præcepto cauent, ne quid diuerſum ſtatuatur: uerum ſi

Suũ cuiq; pulchrum. hic fides & charitas magiſtra eſſent, longe ſecus pronunciarent. Suum cuiq; pulchrum. Et quis non filius ſo-

moſus

mosus matris? Noctua suos pullos omnium maxime admiratur. In rebus fidei non deberet regnare caro & affectus carnalis: sed potius magister spiritus. Tum uero regnat magister spiritus, quam omnia ad amussim diuini præcepti exegerimus, & non sequamur quod nobis rectum uidetur, iuxta bonam, quã uocant, intentionem, sed id sedulo curauerimus, ut quàm simplicissime secũdum dei uerbum atq; consilium ambulemus. Christus uia, ueritas est, & uita, Ioan. 14 Patiamur ergo, ut ille ducat & dirigat gressus nostros: Non docebit nos mendacium, non detrudet ad mortem perpetuam. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter, Prouerbio. 10. Agnoscimus Papam esse Antichristum (nisi nunc nouus fiat, abiecto ueteri exuuio.) Ipsius ministros atq; Episcopos esse satellitium & comitatum Antichristi. Quid igitur a parte eius stamus? Si dominus est deus, sequamur eum. Christum professi sumus: at à Christo sumus uana & ritibus sacris alienissimi. Baptismũ & Eucharistiam sacra symbola uitæ deum patrem, & nos homines purissime & simplicissime tractemus quæso, ne uideamur plus sapere quàm sapuerũt unquam apostoli. Simus fideles ministri, & dispensatores mysteriorum dei, quando non nostra res agatur, sed dei. Si mortui sumus cum Christo, ab elementis mundi, quid quasi uiuentes in mundo decretis tenemur? Coloss. 2. Non A specie tam à malo sed etiam à specie mala abstinendũ monet Paulus. 1. Thess. 5. Non iurauimus in uerba ullius magistri. mala abstinendum.

ſtri, niſi Chriſti Ieſu. Ideoq; ſinamus Antichriſtum ei omni ſpecie ſua atq; laruis, & inducamus eccleſias, quibus præfecti ſumus per dei miſericordiam ad ſimpliciſſimã ſimplicitatem, quæ eſt Chriſtus Ieſus. Poſuit nos ſpiritus ſanctus epiſcopos ad paſcendum eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ne ſimus igitur operarij iniquitatis, & ſerui infideles. Exaudi me domine deus meus. Amen.

CLVIII.

Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Gene. xv. Roma. iiij.

Abraham pater noſter nõne ex factis iuſtificatus eſt, cum obtuliſſet Iſaac filium ſuum ſuper altare? Iaco. ij.

Qui hoſce locos conciliare ſtuduerunt, duplicem iuſticiam dixere, dei & hominum, id eſt, unam quam deus membris ſuis adſcribit. Alteram quam homines tribuunt alijs. Dei iuſticia eſt, quum deus nobis non imputat peccata, ſed propter gloriam nominis ſui remittit, eos pro iuſtis, gratis, dilectis, filijs, amicis, hæreditibus reputat, quando nos adoptat, eligit, benedicit, ſuamq; iuſticiam nobis communicat: quod fit, quum ipſi toto pectore addicti fuerimus, & uerbo eius firma fide credi-

Iuſticia dei quæ ſit.

derimus,

derimus, nec hesitamus quicquam: qualiter fecit Abraham pater noster, qui iussus suspicere cœlum, et numerare stellas, audiit promissionem dei de futuro semine. Credidit igitur pius pater diuino oraculo, & reputatum est illi ad iusticiam. Quid reputatum est ei ad iusticiam? Fides, quia credidit promissioni diuinæ. Hic nulla opera aut merita patris Abrahæ perœnsentur, sed tantum dicit Moses: Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iusticiam. Deus habuit & acceptauit ipsum pro iusto, quia credidit. Istud exemplum sanctissime tractat apostolus Paulus, Roma. 4. Alia est iusticia humana siue legis, qua homines iustum aliquem, atq; spectatæ fidei declarant, ambulantem in lege domini. Matth. 12. Ex uerbis tuis iustificaberis, id est, homines te iustum declarabunt propter facta tua. Lucæ. 10. Legisperitus uolens iustificare seipsum, id est, iustus œnseri ab hominibus. Ita putant Iacobum dicere, Abraham ex operibus iustificatum, scilicet ab hominibus, qui ubi uiderunt sanctitatem patris, uitæ, innocentiam, & opera pia, iustificauerunt eum, hoc est iustum, sanctum, & pium habuerunt aut pronunciauerunt. Si ita interpreteris, iam non pugnant Paulus & Iacobus. At si utrunq; de dei iusticia intelligas, quomodo conciliabis? Bona opa sunt iustici e aut fidei fructus et indicia: uerũ deus cor ipsum conspicit, & iuxta cor iudicat. Nisi loquatur Iacobus de fructibus cum tota arbore, q. Abraham iustificatus sit à deo, q. iusticiam dilexerit, & fructus iusticiæ de se de-

Abrahã fide iustificatus est.

Iusticia hũana, siue legis.

derit. Malo tamen aliũ quempiam componere hic Paulum & Iacobũ. Et certe nihil laboris fuisset, si non exẽplum scripturæ huc detorsisset, quæ de nullo opere, sed de nuda ac simplici fide loquitur. Meam sententiam indicaui in annotationibus meis in epistolam Iacobi. Si qui quippiam religiosius: & quod Iacobinæ sententiæ sit propius, reuelatum est, aperiat nobis, & laudabimus dominum in sanctis eius.

CLIX.

Attendite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Matth. VI.

Luceat lux uestra corã hominibus. ut uideant uestra bona opera, glorificentq; patrem uestrũ qui in cœlis est. Matth. V.

Iusticia pharisaica prohibetur.

Christus non prohibet, ne faciamus bona opera corã hominibus, sed pharisaicam iusticiam & hypocrisim damnat, nõ tam hic quàm ubiq; in scripturis. Cum prestas, inquit, eleëmosynam, ne tubis canatur ante te, quẽadmodum hypocritæ faciunt in conciliabulis, & in uicis, ut glorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, habent mercedem suam, uult dicere: omnino debetis beneficere & præstare eleëmosynam, sed non hoc studio, ut uideamini ab hominibus, ut captetis beneuolentiam, laudis,

laudis, gloriæ, aut famæ ſtudio. Hoc omnium maxime cauendum uelut præſentiſſimum uenenum, in omnibus operibus dei, ne noſtra quæramus, ne ambicioſi ſimus, ne titillemur cupidine laudum. Phariſaica eſt iuſticia, & mera hypocriſis, ſi tantum ſpectes uulgi gloriolã, proprium cõmodum, non gloriam dei. Si dei gloriam quæris, præſtas eleëmoſynam, nõ habita ulla laudis tuæ ratiõne: ſed quia deus præcepit tibi miſericordiam, & proximus tuus indiget tuo auxilio. Si iſtam habueris mentem & ſpiritũ, ut non tua quæras, ſed nominis dei gloriam, & proximi neceſſitatem ac utilitatem, præſta eleëmoſynam, ſiue in publico coram hominibus, ſiue in occulto ſolus ſis, abſit tantum appendix iſta laudis ſtudium, ac iuſticiæ propriæ ſumus. Vides enim quid dicat Chriſtus. Attendite ne eleëmoſynam ueſtram præſtetis coram hominibus, quo ſpectemini ab illis. Si oculus fuerit ſimplex, totum corpus lucidum erit, id eſt, ſi mens, fides, & affectus cordis, fuerit ſimplex, rectus & integer, totũ opus erit rectum. At ſi oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Si fides mortua fuerit, & affectus malignus, erit quoq; totum opus prauum atq; peccatum, Matth. 6. Quicquid enim ex fide non fit, peccatum eſt, Roma. 14. Hoc autem ex fide non fit, quod uanæ gloriæ, deſiderio atq; ambitione facimus. Eiuſmodi opera quantumuis ſplendeant, tamen peccata ſunt. Ipſi enim ſoli debetur honor & gloria, non tibi aut tuis operibus. Præterea non uetat uide-

Pharisaica iustitia.

Oculus simplex.

Oculus malus.

Hypocritica opa sunt peccata.

ri ab hominibus, sed uelle uideri. Pharisæi enim omnia opera sua faciunt, ut spectentur ab hominibus, Matth. 23. ab isto exemplo & facto reuocat dominus Iesus. Vidit enim nos omnes trahi cupidine laudis. Aliàs benefaciendum est fratri, qui eget, & dominus requirit à nobis misericordiam: φιλαυτία uero deuitanda est. Vnde dixit alibi: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, glorificentq; patrem uestrũ, qui in cœlis est. Idem monent quoq; apostoli, Rom. 12. Proinde parantes honesta in conspectu omnium hominum. 2. Corinth. 8. Procurantes honesta, non tantum coram domino, sed etiam coram hominibus. 1. Pet. 2. Dilecti obsecro tanquam aduenas & peregrinos abstinete à carnalibus concupiscentijs, quæ militant aduersus animam, & conuersationem uestram habete honestam inter gentes, ut in hoc quod obtrectant uobis quasi maleficis, ex bonis operibus æstimantes uos, glorificent deum in die uisitationis. Facienda sunt bona opera in conspectu hominum, ne male audiat Euangelium inter gentes, ut uisis operibus nostris glorificetur deus pater. Hoc tantum cauendum, ne propterea benefaciam proximo, ut conspicuus fiam & collauder ab hominibus. Deus gloriã suã alteri non uult dari, nec laudẽ suã sculptilibus, Iesa. 42. Solus uult benedici et laudari in secula. Displicet ei, si talentũ nostrũ in terrã foderimus, & nõ paramus nobis amicos de mammona iniquitatis. Date, inquit, & dabitur uobis. Beati misericordes &c.

Luceat lux uestra corã hominibus.

CLX.

CLX.

Iniquos odio habui. Psal. CXVIII: Benedicite iis, qui uos persequuntur. Roman. XII.

Dauid propheta Psalm. 119. odisse se canit iniquos id est, inconstantes (hoc enim Hebræa uox significat) qui in sano uerbo aut certa sententia minime consistunt sed huc atq; illuc, more arundinis uento agitatæ rapiuntur: ac instar procellarum tempestatibus actarum fluctuãt: uagas, incõstantes atq; cõfusas habẽtes cogitationes. Quo uerbo etiã Elias ppheta exprobrans populo Israëlitico inconstantiam, usus est. Vsq; quo, inquiens claudicatis in duas partes? Si dominus est deus, sequimini eum: Sin autẽ Baal, sequimini illum. 3. Regum. 18. Videtur etiã Chrũs huius uerbi significationẽ in metaphora illa de Ioãne Baptista, Mat. 11. expreßisse: Quid existis in desertũ ut uideretis? Nũ arũdinẽ, quæ agitatur à uento? Volens indicare Ioannẽ firmũ et constantẽ esse in sua confeßione. Versum itaq; Dauidis D. Martinus Luth. sic reddidit. Ich haße die ketzer oder ßwankel mutigen, das ist die unbeständige geister die ymmer etßwas neßwes finden und furnemen. Qui aliud atq; aliud excogitant, effingunt & apud se parturiunt: non adhærent firmo & constanti uerbo dei, qualiter hodie phanatici nostri, quos Schßwermeros uocamus, noua nouis addunt, & ignem igni, malum malo apponunt. Istos

inquit propheta, odi, quia legem tuam dilexi, non ob aliud quàm quòd legem tuam præuaricantur. Tu impium Esau odisti, Malach 1. ego tuo exemplo non delector iniquis, sed quantum possum deuito ipsorum consuetudinem. Alioqui enim amant pij peccatores: & prouocant ad pœnitentiam, uerum istos impios, pertinaces, præfractos ac cogitabundos, qui semper in deterius relabuntur, & ueritatem dei contemnunt, aut calumniantur pertinacissime, non amant sancti, sed orant deum patrem, ut tollat eos aut conuertat ad se. Nec pugnat uerbum Christi cum propheta. Vides enim ubiq; sanctos bñdixisse & bene precatos persequẽtibus se. optarunt semper, ut dominus misertus ipsorum, reduceat ad resipiscentiam ne in peccatis suis pereant. Adde quod Christianis conueniat, non tam amicis bene precari, sed & inimicis: iuxta Christi uerbum, Matt. 5. Diligite inimicos uestros, benedicite maledicentibus uos, benefacite ijs qui uos odio persequuntur: orate pro ijs qui leduni & insectantur uos, ut sitis filij patris uestri qui est in cœlis, quia solem exoriri facit super malos ac bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos &c. Diuus quoq; Petrus eadem monet que Christus. 1. Pet. 3. Omnes sitis unanimes, similiter affecti, fraterna prædili charitate, misericordes, affabiles, non retaliantes malum malo, aut conuicium conuicio, sed contra benedicentes, scientes uos in hoc uocatos esse ut benedictionem hæreditate possideatis &c. Hoc idem agit multis

Christianorũ est bene facere inimicis.

uerbis

uerbis Paulus Rom. 12. Exemplũ huius præstitit nobis Christus, qui cum malediceretur, nõ regessit maledicta 1. Pet. 2. Sed orauit pro crucifigentibus, uc. 23. Quod postea Stephanũ fecisse legimus. Act. 7. In summa, pij nõ persequũtur impios, nisi uerbo dñi, quòd est gladius & armatura oĩm uere credentiũ: isto oppugnant atq; expugnãt omnes suos hostes, monent, corripiũt, arguũt docent, & consolãtur tempestiue & intempestiue, ut perent enim omnes ad ueritatis cognitionẽ uenire. Non agũt tyrannos, latrones aut carnifices, instar impiorũ, qui ferro & igni sæuiunt in pios, sed tantũ uerbo urgent, cogunt atq; uincunt. Rursus impij nullam non tyrannidem exercent, omnes acuunt gladios furore & insania parati, mallent oẽs bonos uiros extinctos, Cain odit fratrem suũ Abel, Ismael aspernatur Isaachũ, Esau persequitur Iacob. Iudæi prophetas & prophetarũ dominũ Christũ. Idem atq; æquale odiũ non exercent sancti in impios, zelus est & potius amor, non odiũ exitiale atq; liuore plenum. Porrò si omnino persequuntur sancti dei impios, zelo dei faciunt, dolent legem domini tantopere aspernari et calũniari: mallent gloriã noĩs dei minime proscindi ac conuiciari. Orant igitur dñm tollat istas pestes & publica mala, ne corrũpant bonos homines & secũ ad gehennã præcipitent. Diuntur itaq; eos persequi dũ tanta uehemẽtia spiritus insectantur, & prouocant ad resipiscentiam. Dominus illuminet cæcos & ueritatis hostes ad nominis sui gloriam. Amen.

Patrem

CLXI.

Patrem nolite uocare uobis super terrã, unus est enim pater uester qui in cœlis est. Matt. xxiij.

Honora patrem tuum & matrem tuam. Exodi. xx.

Christianus hõ carnalem & spiritualem habet patrem

Quilibet Christianus homo duos habet patres, carnalem unum, è quo iuxta carnem & sanguinem animalis homo genitus est: Alterũ spiritualem iuxta fidem, è quo noua creatura, spiritualis Christianus, nouus q; homo nascitur ex aqua & spiritu & incorruptibili semine, quod est uerbum dei uiuentis in æternum. Primus parens noster est Adam terrenus, ex quo & ipsi terreni peccatores, filij iræ & immundi gignimur. Secundus parens est Christus Iesus filius dei e cœlo, per quem spirituales filij dei nascimur. Nemo uero renascitur spiritualis, nisi prior carnalis sit genitus: quemadmodum Christus cũ Nicodemo disputat, Ioannis. 3. Prima natiuitate impuri sumus, altera sancti. Quũ itaq; Christus prohibet patrem uocare super terram, intelligit spiritualem, non carnalem: ne scilicet alium spiritualem patrem agnoscamus quàm ipsum solum, qui natura sit spiritualis pater. Et licet sint qui patres spirituales dicantur non tamen natura esse patres, sed participatione ac denominatione. Ita Paulus se Corinthiorum, Galatarũ,

1. Cori. 4. Galat. 4.

Timo

Timothei, aliorumq; patrem appellat, sed propter Euã gelium quod anunciauerat, istud enim est mater omnium spiritualiũ filiorum dei, iuxta illud: In Christo ego uos genui per Euangeliũ. 1. Cor. 4. & illud: Qui portamini à meo utero, & gestamini à mea uulua, Iesa. 46. 1. Tim. 1.

Oẽs Euangelij prædicatores & Apostoli sunt spirituales patres, non natura uelut dixi, sed participatione: uelut lux mundi & sal terræ appellantur. Christus uero natura uerus est spiritualis pater & regenerationis author, sicut natura est lux mundi & sol terræ: hanc gloriam ac laudem solus exigit, nec uult ut quisquam hoc nominis sibi usurpet temere, quod nemo regenerare possit, & spiritum sanctificationis infundere, nisi solus deus. Omnes alij nisi tantum ministri & organa sunt, ipse uerus pater, doctor, dominus et magister est. In regno corporali sunt parentes, magistri, doctores, domini, magistratus, principes ac reges, sicut Christus inquit: Reges gentium dominantur &c. hi quidem honorandi & dñi ac patres appellandi sunt: sed quatenus dñus sunt, eatenus & parendum illis. Corporũ sunt genitores atq; rectores, Deus uero spiritus est & mentium genitor ac rector. Ideo solus in spiritu & ueritate adorandus & colendus: solus fidei nostræ & doctor & magister est. Licet itaq; Apostolus fuerit spiritualis pater Corinthiorum, tamen noluit, dominari fidei ipsorum 1. Corinthior. 1. sed tantum minustrum dei ubiq; se agnoscit & prædicat, quemadmodum legis 1. Corinthior. Prædicatores Euangelij sũt patres spũales

thior,

thior. 3. & 4. & aliàs non raro habes quare Christus uetuerit patrem super terram uocitandum.

CLXII.

Vos nolite uocari rabbi, unus est enim magister uester nēpe Christus. Matthei. XXIIII. Plures magistros habetis. 1. Co. iiij.

Si repeteris proximam diallagen, Patrem nolite uocare uobis super terram. Et honora patrem tuum, habebis quoq; horum locorum conciliationē. Christus Iesus non est terrenus ac corporalis dominus, rex & magister, sed spiritualis. Regnum enim ipsius non est de hoc mūdo. Quemadmodū itaq; spiritualis est doctor ita spirituales discipulos atq; audiores desiderat. Quando aūt Christiani spirituales facti sint per Christi spiritum, qui in eis habitat, & spirituale semen, quo regeniti sunt, exigit dominus ne alium magistrum agnoscant in terris, quam illum animorum ac spiritus parentē & largiorem deum cœli & terræ. Reliqui doctores spirituales illius supremi Optim. Maxim. q; magistri, ministri sunt, uelut pauloante annotatū, & Paulus probat, 1. Cor. 3. dicens: Quis est Paulus? quis Apollos? nisi ministri per quos credidistis. Fuit quidem Paulus gentiū doctor, sicut Petrus Iudæorum, sed per Christum & in Christo, qui dederat illis ministerium reconciliationis iuxta illud: Nomine Christi legatione fungimur. 2. Corinth.

Chrūs spiritualis magister.

rimth. 5. Illi præterea doctores præter Christi uerbum nihil docebant: sed tanquam præsentissimum uirus diuersam doctrinam fugiebant & abominabantur. Ita ut Paulus diceret: Si quis diuersam sequitur doctrinam & non accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi is inflatus est, &c. 1. Timoth. 6. Et si angelus e cœlo prædicauerit Euangelium præter id quod prædicamus uobis, anathema sit, Galat. 1. Apostoli suum magistrum referebant & prædicabant ubiq; , id quod Lucas in gestis Apostolorum satis copiose narrat: & Paulus præter Christum nihil iactat, nec audet quicquam eorum loqui, quæ non efficerit Christus per ipsum Rom. 15. nihil se iudicans scire preter Christū crucifixū. 1. Cor. 2. ut Corinthijs ausus sit dicere: An experimētū quæritis loquentis in me Christi? 2. Cor. 13. Tam certi fuerūt Apli suā doctrinā esse uerbū dei, nihil enim ex suo capite, cōsilio et intētione prædicabāt, sed hoc tantū diligētissime docebāt, qd' Chrūs magister docuisset et demandasset. Prohibēs igitur Chrūs ne rabbi uocētur, uult ne sibi arrogēt aut sumāt magisteriū & q̄duis docēdi authoritē, sed unius magistri doctrinā ipsi quoq; doceāt ne noua ipsi addant aut cōminiscātur. Q.d. ego sum magister uester, uolo meū dogma passim doceatis, uos tātū discipuli estis, nō magistri. Imò si magistri estis, p̄ me estis, nō uestra authoritate. Ego uos creaui in doctores, ut meū uerbū diligētissime circumferatis et prædictis, non addetis q̄cq̄, nō ut uestras cogitationes, somnia, synodos aut

concilia

concilia annunciatis. Ego sum lux mundi, qui illumino omnes uenientes ad me. Ego sum uia, ueritas & uita, me itaq; prædicate, nam de plenitudine mea accepistis.

CLXIII.

Quis ex uobis arguet me de peccato. Ioannis. viij.

Hic homo peccator est. Ioan. IX.

Vbi nostra tralatio habet: Quis ex uobis arguet me de peccato, Græcus legit τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας, id est, Quis ex uobis conuincet me de peccato Græcũ uerbũ ἐλέγχειν non simpliciter arguere significat, sed conuincere: quando scilicet aduersarius firma probatione superatur ac conuincitur. Quibus uerbis hoc sentit Christus: Vos Iudæi accusantes atq; arguentes me, multa mentimini & effingitis, sed quis uestrum me peccati conuincet? patior uos falsa in me congerere testimonia, & nunc huius nunc alterius peccati arguere: at ut cum ueritate me accusatis, aut ullius criminis conuincatis, nemo quibit: mendacia conuicia sunt quibus me defertis. Habes concordiam. Christus quidem multorum criminum accusatus fuit à Iudæis: nunc enim publicanum, comedonem ac bibonem calumniati sunt: iam peccatorem, dæmoniacum, seditiosum, & mille alijs conuicijs petiuerunt, sed falso & mendaciter: accusari nunquam potuit, multominus conuinci. Fuit enim innocentissimus & ipsissima ino

Christus nullius criminis cõuictꝰ

æntia, qui peccatum non fecit, nec eſt dolus repertus in ore eius, Iesaiæ. 53. 1. Petri. 2. quam ſuam innocentiam etiam hoſtes ipſius non ſemel confeſſi ſunt. Conuicia, calumniæ, mendacia atq; blaſphemiæ fuerunt, quicquid impij Iudæi contra Christum euomuerunt, nullius unquam criminis reus fuit dominus Ieſus. habes diallagen.

CLXIIII.

Concluſit nos omnes ſub maledicti one legis. Galat. iij.

Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Roma. VI.

Deus ab initio hominem rectũ, liberum, omniumq; creaturarum dominum conſtituerat. Vbi uero ille dei præceptum uiolaſſet, conjectus eſt in miſerrimam ſeruitutem & maledictionem legis: uelut ex Moſe ubertim probat apoſtolus in omnibus fermè ſuis epiſtolis. Propter peccatũ igitur detruſus homo ſub legis tyrannidẽ, mancipium legis & ſeruus peccati factus eſt. Lex enim iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis & inobſequentibus, impijs & peccatoribus, irreuerentibus & prophanis, patricidis & matricidis, homicidis, ſcortatoribus, maſculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & ſi quid aliud eſt, quod ſanæ doctrinæ aduerſatur. 1. Timot. 1. Habes itaq; in his duobus locis, quid natura ſimus ſecundum ueterem hominem, & quid gratia iuxta no-

Hõ quid ſit natura, q̃d gratia.

xta nouam creaturã. Natura ſumus peccatores, & propter peccatum execrationi obnoxij. Scriptum enim eſt, Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis huius, Deute. 27. Galat. 3. Gratia uero ab hac legis maledictione ſumus liberi. Chriſto enim redemit nos à maledicto legis, factus pro nobis maledictum, Galat. 3. Natura ſumus filij iræ, peccatores, maledicti, & ſub legis tyranidem coniecti: At gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſumus filij dei, ſancti, & benedicti patris cœleſtis. Iuxta ueterem hominem ſerui ſumus peccati et legi ſubditi. Renati uero ex aqua & ſpiritu liberi ſumus, & ciues ſanctorum ac domeſtici dei: qua antitheſi carnis & ſpiritus belle uides quid homo ſit ex prima natiuitate, & quid ex regeneratione. Lex dominatur nondum renatis. Porrò ubi ſpiritus domini, ibi libertas. 2. Corinth. 3. Hinc tibi Chriſtiane libertatis ratio petenda eſt.

CLXV.

Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tẽtationibus meis. Lu. xxij. Omnes uos ſcandalum patiemini per me in iſta nocte. Mat. xxvi

Apoſtoli ac diſcipuli domini noſtri Ieſu Chriſti à prima ſua uocatione ad apoſtolatum immobiles, firmi ac conſtantes cum Chriſto perſtiterunt, aliis q; ſubinde deficientibus, ipſi nunquam diſceſſerunt, ferentes una adflictiones

Apoſtolorũ conſtantia.

flictiones, quæ tũ accidebant magistro, æqualẽ fortunã tollerantes: huius perseuerantiæ commendans eos inquit: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, id est, nihil hactenus desiderauit in constantia uestra satis firmi perstitistis: Iam iam uero periclitabitur fides uestra: hac nocte tanta ingruet tempestas, & tam grauis tentatio, ut nemo non uestrum offendatur: inferiores nunc estis, quam ut mortem, ad quam ego rapiar, nunc ferre positis. Scriptum est enim: Percutiã pastorem, & dispergentur oues gregis. Ego sum pastor ille, quem Iudæorum satellites percutiendum abducent, & uos oues mei dispergemini, unusquisq; in sua. Primum loquutus est Christus de priore discipulorum suorum constantia, qua intrepidi permãserant cum Christo domino in cunctis adflictionibus eius: Altero autem loco de futura ipsorum fuga & offensione narrat: sicut etiam Ioan. 16. Ecce instat tempus, et iam uenit, ut dispergemini unusquisq; in sua, meq; solum relinquatis, & tamen non sum solus, quia pater mecum est.

CLXVI.

Quisquis dixerit fratri suo, fatue, obnoxius erit gehennæ incendio. Matth. v.

Stulti ac cæci. Matth. xxiij.

Velut homo gemina conflatus est natura, carnali sci ira carnalis liæt & spirituali, ita duplex quoq; est ira, carnalis ac ac spũalis.

ſpiritualis. Iraſcitur caro, iraſcitur quoq; ſpiritus. Caro peccatrix eſt & immunda: ideoq; carnalis excandeſcentia peccatũ & mors eſt, Roma. 8. Affectus carnis mors eſt; & qui in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Hanc excandeſcentiam Chriſtus prohibet, cum præcepta decalogi interpretatur, & iracundis gehennam minatur, Matt. 5. Secus uero ſpiritus iraſcitur, nempe ut emẽdet peccantes. Sicut ſancti patres ac prophetæ olim fidei feruore in impios ſuæenſi ſunt: Et Chriſtus in phariſæos. Hæc ira potius correptio diænda eſt. Non enim iraſcuntur pij inſtar impiorum, qui fremunt, inſaniunt, ſtrident, & diſſecuntur in cordibus ſuis, non ut emendent, quibus iraſcuntur: ſed ut perdant, iugulent, ac opprimant. Qualis fuit iracundia phariſæorum aduerſus Chriſtum noſtrum: Iudæorũ aduerſus prophetas: impiorum contra Chriſti confeſſores atq; martyres: et hodie hoſtium ſacroſancti Euangelij pontificum, ſciliet, & coniuratorum eorum, contra innocentes Euangelij præcones, ac omnes qui reuelati Euangelij nomen adorant: ij enim aduerſarij noſtri non uulgariter nobis ſuccenſent: ſed tam uehementer fremunt, ut mallent ſuis nos dentibus diſcarpere, lupi enim ac leones ſunt, noſques: nec poſſunt mitius nobiſcum agere, donec lacerent oſſa noſtra, quem furorem atq; iracundiã uides in Pſalmis deſcriptam. Hanc itaq; iram uitat Chriſtus, ne exfaſtu, odio, aut contemptu proximi ſtomachemur, uindictæ ſciliet ſtudio: correptionem uero nuſquam interdi-

Impiorũ iracundia.

xit

xit: Melior est enim manifesta correptio, quàm amor absconditus, Prouerb. 27. Quotes itaq; Christus irascitur, obiurgat, aut commouetur, nulla ultionis atq; inuidiæ libidine succenset, sed charitate, tanquam pius atq; beneuolentißimus pater emendare uolẽs quos arguit. Sic Paulus Galatas stultos appellat, nullo fastu aut odio, sed mera dilectione. Ita maritus uxorem nonnunquam increpat: herus famulitium, parens liberos: sed is zelus est, non odium, quemadmodum alibi adnotauimus, esse zelum fidei ac charitatis, & iram carnis.

CLXVII.

Estote sin.plices sicut columbæ. Matth. x.

Ne sitis pueri sensibus. 1. Cor. xiiij.

Videtur ijs uerbis magna inesse dissonantia: nã priori uersu simplicitas, posteriori uero prudentia præcipitur. Quis autem nescit simplicitatem & prudentiam ex diametro distare? Sic etenim iudicat carnalis lector, qui sine spiritu atq; iudicio sacras relegit literas. Tu uero sic accipe. Simplicitatem docet scriptura, uerum nõ sensuum simplicitatem, sicut nec carnalem prudentiam, sed spiritus. Indoctum uulgus simplicitatem pro ignauia, imprudentia, & quadam rusticitate usurpat: at illã simplicitatem non exigit Christus, alioqui non dixisset: Estote prudentes sicut serpentes. Simplicitas, de qua in scripturis, est probitas, innocentia, & candor uitæ, ubi nulla

Simplicitas rusticana.

Simplicitas quid sit.

nulla morum peruersitas, nulla animi malicia, nulla hypocrisis: sed rectitudo, integritas, & puritas uitæ. Nã columbæ non sunt uersipelles, subdolæ, malæ, peruersæ: sed sine dolo, synceræ & innocentes. Vult itaq; Christus nos ad morem columbarum simplices, ne malũ malo rependamus, ne aliquem lædamus aut molesti simus, imò potius integri, syncери, recti simus, candidisq; moribus. Hanc simplicitatem ubiq; docet spiritus sanctus, non rusticitatem, ignauiam, aut scripturæ ignorantiam, uelut impij aliquot Papistæ rugunt, ut auditores à studio uerbi dei deterreant, uociferantes: Qui simpliciter ambulat, confidenter ambulat, sicut legitur Prouerb. 10. Quibus uerbis nihil aliud conantur, quàm plebem à lectione & cognitione mysteriorum dei in scripturis sanctis sancte propositorum dehortari. Quasi is simpliciter ambulet, qui stultæ iuxta captum aut ductum rationis siue uoluntatis suæ incedat, neglecta ueritate uerbi dei, quæ gressus nostros dirigit, ne in tenebris impingamus: quales lupos multos alit hæc ætas. At eam simplicitatem non exigere spiritum sanctum aliquot argumentis conuincimus. Paulus Roma. 16. explicat, qualis esse debeat Christianorũ simplicitas: Volo uos, inquit, sapientes esse ad bonum, simplices autem ad malum. Similiter. 1. Corint. 14. Fratres ne sitis pueri sensibus, sed malicia pueri sitis, sensibus uero perfecti. Deinde Ephe. 5. Videte quomodo circumspecte ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem quòd

Columbarũ simplicitas

quòd dies mali sint. Propterea ne sitis imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas domini. è quibus uerbis colligis non sensuum, sed morum simplicitatem requirere spiritum sanctum. Nam si sensuum simplicitatem uoluisset Christus non monuisset attendendum à falsis prophetis, Matth. 7. Nemo enim ignauus cauere poterit pseudoprophetarum dogmata. Præterea etiam illud arguit Christus, non illam simplicitatem, id est, scripturæ & sacrorum mysteriorum insciti intellexisse, q̃ tam sancte ac serio uerbi sui prædicationem atq; auditum commendat. Ad quid uero docetur Euangeliũ, nisi ut sapiens prudensq; fias in domino? ut eloquia dei audiens intelligas, & intellecta custodias. Et hoc est q̃ uoluit Apostolus scribendo: Sermo Christi inhabitet in uobis opulente cũ omni sapientia, Coloss. 3. Sermo uester semper cum gratia, sit sale conditus, Coloss. 4. Velut cibus non pascit, nisi comestus atq; digestus: ita sermo dei nihil confert, nisi intellectus. Fides enim ex auditu est. Roma. 10. Vt uero credas auditui, necesse est intelligas auditum sermonem. Nam quare Iudæi non credunt Euãgelio domini nostri Iesu Christi, quod ab ipso domino audierunt frequentissime? nisi quia non intelligunt. Habes quantum conducat intelligentia uerbi dei? & ut apertius intelligas scripturam non loqui de sensuum simplicitate audi prophetam dicentem: Intellectũ tibi dabo, & instruam te in uia hac, qua gradieris, annuam super te oculo meo. Ne sitis sicut equus & mulus,

Intelligentia uerbi dei necessaria & utilis.

in quibus non est intellectus: In chamo & freno maxillam eius ut constringas, ne appropinquet ad te, Psal. 31. Audis equis atq; mulis comparari imprudentes, et uerbi dominici ignaros, qui alibi stulti insipientesq; appellantur, Psal. 14. & 53. Deinde uide quanto ardore & spiritu oret pro uerbi dei intelligentia cordatissimus uates, Psal 119. Manus tuæ fecerunt & plasmauerunt me, da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua. Perlege totum Psalmum, & senties, si profuisset ignorantia aut sensuũ simplicitas, non tam uehementer orasse prophetam. Præterea agnoscis perditissimos esse blasphemones, qui ad simplicitatem illam suam, hoc est imprudentiam atq; ignorantiam uerbi diuini prouocant: Iam enim satis probauimus Christum eam simplicitatem non significasse, alioqui non præmisisset: Estote prudentes sicut serpentes. Igitur quoties scriptura de simplicitate loquitur, morum intelligas simplicitatem, uitæ innocentiam, candorem & integritatem. Qui simpliciter, id est, innocenter, candide, ac sinceriter ambulat, bene ac secure ambulat. Deus enim protegit gradientes simpliciter, id est probos, Prouerb. 2. Quæ est autem illa simplicitas, qua tuto incedendum pijs hominibus? Verbum dei lucerna pedum & lumen semitis nostris, cui dum attendimus, recte facimus, nec aberrabimus unquam, non quiescit Sathan, sed omnibus modis tentat ut corrumpat sensus nostros à simplicitate, quæ est erga Chri-

Simplicitas morum.

ga Christum, 2. Cor. 11. Nobis uigilandum & orandum ne amittamus sensuum simplicitatem & Christum simplicitatis authorem. Amen.

CLXVIII.

Qui dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in præsenti seculo, neq; in futuro. Matthei. XII.

In loco in quo ceciderit arbor ibi erit. Ecclesiast. XI.

Ex illo Christi sermone impij Sophistæ ignem purgatorium finxerunt, hisce suis uanis interpretationibus ac glosis depraūtes Christi uerbum: Esse scilicet aliqua peccata quæ in præsenti seculo cōdonentur pœnitentibus esse demœps quæ in futuro remittantur, pro quibus in hac uita non plenè satisfecris confessione ac bonis operibus, illa ipsa docent per ignem purgatorium aboleri. Ad hoc suū nouū dogma de purgatorio stabiliendū, mirum est quàm torqueant scripturam, huic eorū errori perpetuo contradicentem. Inter alia, quibus nituntur argumētis hoc illis Adamātinum uidetur, & tenedia bipennis: Non exibis illinc, donec persoluas extremū quadrātē, Mat. 5. Quo loci Chrūs ad recōciliationē fratris cohortatur, ne ille aduersarius tu9 corā iudice te deferat, & iudex in carcerē conijciat &c. sed nihil de spirituali

carcere, id est purgatorio: aut spirituali iudicæ loquitur Christus, sed de ciuili & corporali carcere atq; iudicæ. Sophistæ tamen hoc loco non secus gratulantur ac triumphant, quàm si cæcus ferream soleam equi reperiat, & ad suũ ignem rapiunt dicentes: hic hic habemus purgatorium, non exibis, id est tam diu torreberis donec craticula purgatoria assatus, satisfaciens & persoluas omnia delicta tua, deinde satis ustus exibis è purgatorio. Sic ipsi deprauant & corrumpunt sacra dei eloquia: quum tamen sacra scriptura ne ullum uerbum de Papistarum purgatorio retulerit. Commentum est & inanis impostura quicquid illi unquam nugati sunt. Nam quòd Christus inquit: Non exibis illinc donec persoluas extremum quadrantem, nihil facit ad probandam illam flammam purgatorij. Coniectus enim in carcerem quando persolues extremum quadrantem? Si nunquam liberaberis ex hoc carcere, nisi persoluto nouissimo quadrante, perpetuo torqueberis. Esto in ciuilibus uinculis tamdiu detineare captiuus, donec luas pœnam. Sed num uiæ dei nostris sunt similes? In inferno nulla est redemptio. Si semel illic delectus fueris, non erit ulla redeundi facultas, quemadmodum Poëtæ suam memorant redijsse Proserpinam. Et aduerbiũ DONEC, teste etiam Ioan. Chrysostomo, perpetuis

Contra purgatorium.

Iesaiæ. 55.

tuitatem significat, id est, non exibis perpetuo, si semel in hunc carcerem præcipitatus fueris, perpetuò illic perdurabis, nunquam liberandus. Vbi hic purgatorium? Deinde uerborum Christi: non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. Habes in Marco expositionem: sic enim legis. Qui conuicium dixerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed obnoxius erit æterno iudicio, Marci tercio. Quod Mattheus dixit, neque in hoc sæculo neque in futuro, Marcus dicit in æternum. Volens indicare peccatum in spiritum sanctum nunquam remitti. Vbi nunc manet flamma emendatoria? Porrò non esse ignem purgatorium, in quo animæ post hanc uitam crucientur aliquandiu, donec uiuentium meritis iuuentur & liberentur, aliquot solidis argumentis probabimus, ut uideant Papistæ suum purgatorium ementitam esse fabulam & nihil aliud, quàm inexplebilem uoraginem, quæ omnem omnium pecuniam exhaustam absorpserit Hoc uero satis sancte ex illo Ecclesiastæ uersu, quem illi superiori ex Mattheo opposuimus, conuincamus: ubi sic legas. Si ceciderit arbor ad Austrum, & si ad Aquilonem, in loco in quo ceciderit arbor, ibi erit. Ecclesiastes undecimo. Porrò per arborem hominem significari ex illo colligitur. Bona arbor profert bonos fructus.

Ementitus purgatorius ignis.

Mala

Mala autem producit malos fructus. Quæ uerba de hominibus intelligi uoluit ſpiritus ſanctus. Si itaq; arbor ad auſtrum ceciderit, ibi erit: Sin ad Aquilonem, ibi quoq; erit. Quacũq; ratione deſtingatur homo, ea iudicandus erit. Si ad auſtrum, id eſt in fide cadat, ibi (in fide) erit. Qui enim crediderit, ſaluus erit. Sin aũt ad Aquilonẽ, ideſt in infidelitate decidat, ibi (in incredulitate) erit: nã qui non crediderit cõdemnabitur, Ioan. 3. Audis hic apertis uerbis dici, Ibi erit. Vbi itaq; manet ignis purgatorius, in quo mundandi ſint animæ? Cur nõ ait ſcriptura, mundabitur pruna purgatoria? Math. 25. ſtultis uirginibus oleo carentibus, non patet aditus ad nuptias: dũq; olcum emptũ feſtinarent, clauſa eſt ianua. ut intelligas in hac uita eſſe pœnitentiæ locum, & nõ in carcere purgatorij. Quicquid in hac uita ſeminauerit homo, hoc in futura metet: Gal. 6. nũc ſerendi inſtat tempus, deinceps metendi: non erit poſt hanc uitam parandi olei opportunitas: niſi enim tuo oleo paratus ſis, non intrabis cum ſponſo ad nuptias. Serius dolebis. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies ſalutis. 2. Corinth. 6. Duodecim ſunt hora diei. Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si quis autẽ ambulauerit in nocte, offendit: quia lux nõ eſt in eo, Ioã. 11. Nox progreſſa eſt, dies autem appropinquat. Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis, Rom. 13. Nunc emẽdandi tempus eſt, nil enim docet ueritas de futuro expiatorio igne, qui expurgaturus ſit peccatores

In hac uita pœnitentiæ locus.

Saltem

Saltem hoc dicit, fidelibus paratam esse felicem requiē: infidelibus æternū cruciatum. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit cōdemnabitur, Marci 16. Sic legis, Lucæ 16. pauperem Lazarum ab angelis in sinum Abrahæ deportatum: diuitem uero in tartara coniectum, & ingentem inter eos firmatum hiatum, ut neuter ad alterum transire posſit. Si hic ullus fuisset ignis purgatorius, in illū certe detrusus fuisset diues: reliquerat enim hæredibus aliquot auri pondo, quibus ex hoc barathro auri & argenti sitientißimo, redemptus fuisset: tacet autem scriptura mēdax purgatorium, quòd id sit aliud nihil, quàm excogitata decipula Papistarum, & uoraciſsima fouea, supra quam uniuersæ abominatiōes fundatæ et extructæ sunt. Ex hac eruperant suffragia mortuorum, uigiliæ, depositiones, septimi, triæsimi, anniuersaria, missæ pro defunctis, & mille huius generis impietates: in hanc uoraginē omnia monasteria & excelsa Canonicorum regularium & irregularium ædificata sunt, in hoc antro aubat uniuersus Papismus. Si hic ignis flagrare desierit, peribit omnis quæstus sacrificorum: corruet & psychotyrannorum pompa. Pluris enim auri ac argenti contulit hic ignis purgatorius regno Papistico, quàm uel Persarum montes, uel ullus Pactolus. Nec ullus Vesuuius aut Ethna tantum flagrauit, quantū illæ purgatorius carbo: è quo tā flebiliter sitialosæ sacrificalorū animæ eiularūt, Miseremini mei, miseremini mei saltē uos amici mei &c. quia mise-

Purgatorio deprædati sunt Papistæ uniuersos thesauros Germaniæ

qua miserabili lamentatione ad misericordiam commouerunt stultam plebem. Non mirum igitur quòd hunc amant impij Sophistæ, quorum Mammon deus est, nisi enim hic ignis ditasset suos alumnos & patronos, dudum consumptum penitus q; extinctum fuisset hoc incendium: & condemnatus esset extremo anathemate qui uel uerbulum somniasset de illo. Nunc qui auri crustas cuomat & conferat alumnis, hæretici habentur quicunq; contra illud mutire audent. Adeo ut Christus uili habeatur à tam religiosis patribus, quòd suum diuitem ignem non approbauerit. O aureum ignaculum ô benignos patres, qui pro modica pecunia, soluunt animas è carcere purgatorij. Rursus inmites Sophistas & sacrificulos, quòd non eadem benignitate pauperum animas liberant. Hoc enim uideas: Si diues moriatur, qui stipendij aliquid conferat sacrificulis, mox pulsantur campanæ, querulatur requiem, murmurantur uigiliæ, fit suffitus, & hisce operibus ac meritis subuenitur diuitis animæ. Porrò si pauper moriatur, silent campanæ, intermittitur suffitus, quæ sciunt sacrificuli, nec ullæ neniæ pro redimenda pauperis anima cantilantur, cogiturq; inops æternum purgatorij æstum tolerare, nunquam redimendus à nostris sacrificulis. Nisi enim des, non eripiunt illi e cruciatu ignis purgatorij. Porrò si abunde des, abunde illi iuuant suis impijs Missis. Si quis nunc est pius & ueritatis amans, re-

Christus purgatorium nondum approbauit.

linquat

linquat purgatorium impijs ſuis patronis: & credat Chriſto dicenti: Amē amē dico uobis, qui ſermonē meū audit, & credit ei, qui miſit me, habet uitam æternam & in condemnationem non uenit, ſed tranſiuit à morte in uitam. Ioan. 5. Non inquit, tranſibit à morte in purgatorium, ſed in uitam, æternam ſcilicet: ſicut Ioan. 6. explicat. Qui credit in filiū habet uitā æternā. Amē

CLXIX.

Legitimum ſempiternū erit in generationibus ueſtris de ſacrificiis domini. Leuitici. VI.

Vnica oblatiōe perfectos effecit in perpetuum eos qui ſanctificantur. Hebræor. X.

Contra Miſſæ ſacrificium.

Non ſum ignarus ſcripturam ueteris inſtrumenti de ingi ſacrificio mentionem facere, maxime Leuitici. 6. Dan. 8. 11. & 12. & Malachiæ. 1. quod quia ſempiternum à prophetis appellatur, Sophiſtæ noſtri ad Miſſæ ſacrificium detorſerunt. Quàm longiſſime autem à ſcopo ab errauerint, uidere poterit pius lector, perſpectum habens ante Ieſum Chriſtum crucifixum non fuiſſe ullum Miſſæ ſacrificium: nam ipſe dominus Ieſus ea nocte, qua traditus fuit, cœnam dominicam ſiue Euchariſtiam primum inſtituit, nunc quum

ſub Mo

ſub Moſeh & prophetis nondum inſtituta fuerit miſſa, ſatis euidens de illo miſſæ ſacrificio non loqui ne uerbum quidem uetus teſtamentum. Vnde inſipientia illorum colligitur, qui è Moſeh et prophetis ſtabilire nituntur iuge illud miſſale ſacrificium. Iudæorum autem ſacrificia ideo ſempiterna appellat ſcriptura, partim q; Chriſtum, qui eſt ſacerdos & rex in æternum, adumbrabant: partim quòd perpetuo in populo dei permanſiſſẽt. Quandiu enim ſacerdotiũ ac regnum Iudæorum ſteterunt, tam diu etiam illa ſacrificia, uictimæ, pacifica & holocauſta perdurauerunt: diruto templo Hieroſolymitano, & deſtructa ciuitate ſancta, finis quoq; corporalium iſtorum ſacrificiorum, iuxta Danielis prophetiam, ſubſecutus eſt. Si ita q; Miſſa illud eſt ſacrificium, cuius prophetæ meminerunt, planum eſt iam in Chriſtianiſmo non amplius miſſam eſſe ſacrificium. Deſijt enim Iudæorum ſacerdotium, quòd ſacrificia illa Leuitica imolabat, deſijt & templum, extra quod non licebat ſacra facere: & ſucceſſit ueteri nouus Iſraël, in quo omnia ſunt ſpiritualia. Iudæis omnia in figura contigerunt. 1. Corinth. 10 & lex umbra eſt futurorum, Heb. 10. Si itaq; ullum eſt in Eccleſia Chriſtianorum ſacrificium, non è Moſe ſed Chriſto petendũ eſt. Vetera enim præterierunt, & noua facta ſunt omnia. 2. Corinth. 5. Porrò Chriſtus Euchariſtiæ myſterium inſtituens, non dixit, hoc imolate in mei memoriam. Nam quomodo Chriſto poteſt ſuum corpus et ſuus ſanguis offerri, quæ

Iudæorũ ſacrificia quare ſempiterna.

Dan. 9. 12.

prius

prius posſidet? Aut quomodo deo poterſt dei filius immolari? qui natura cũ patre ſit unũ & eiuſdẽ ſubſtantiæ. Verũ ita protulit: Accipite et comedite: Hoc eſt corpus meũ, qd' pro uobis datur, Hoc facite in mei recordationẽ. Hoc ſcilicet, ut ſumẽtes hũc ſacrũ panẽ, q eſt corpus meum, comedatis in memoriam mei, q ego hoc meũ corpus pro uobis in mortem obtulerim: eius beneficij memores ſitis, celebrantes illud. De caliæ uero dixit: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt ſanguis meus &c. Hoc facite quotieſcunq; biberitis, in mei commemorationem. 1. Corinth. 11. Hoc, inquam, quod ego nunc inſtituo & facio, idem uos facite, ſumentes ſacrum caliæm, qui eſt ſanguis meus, & bibentes illum in mei commemorationẽ faciatis, mortem domini annunciantes, donec ueniat. Hic nullius ſacrificij facta eſt inſtitutio: ſed eſus corporis Chriſti, & potus ſanguinis Ieſu, ac commemoratio mortis eius. Sed inquis: tamen ueteres orthodoxi theologi Euchariſtiam dixere ſacrificium? Dixere quidem Sacrificium ſed καταχρηſικῶς pro memoria ſacrificij, & paßio quomõ dominicæ, nõ quòd immoletur pro peccatis uiuorũ, xerint uete ac mortuorum. Quemadmodum nos reſurrectionis dominicæ diem Paſcha appellamus, q ſit illius paſchatos recordatio & feſtiuitas. Præterea crediderint patres, aut etiam docuerint Miſſam eſſe ſacrificium: num ob eam cauſſam & nos credere oportet? aut ſunt ipſi fidei noſtræ magiſtri? Paulus fidem ex auditu eße affirmat: auditum uero per uerbum dei, Roma. 10. Si itaq;

credere debeo Missam esse sacrificium, uolo testimonium è scripturis sacris (non è patribus, qui homines fuerunt, & errare potuerunt) proferatur, cui fides mea tuto innitatur. Nolo autem scripturam ueteris instrumenti, nam illa nihil unquam de sacrificio Missæ dixit, sed testimonium noui testamenti desidero. Sed quando illi proferent? ad calendas Græcas. Quando itaq; in nouo testamento, ubi de Eucharistiæ mysterio agitur, ne uerbum de sacrificio Missæ docatur, non possum non ridere cæcitatem Ecciorum, Fabrorum, Cochlæorũ, & huius fecis mathæologorum, contra Christi testamentum Missæ sacrificium nobis obtrudentium. Quid quæso pro ratione sacrificiorum in missa immolatur? num corpus & sanguis Christi? tamen ea nos de benuolentissima manu Christi sumimus manducanda & bibenda. Sic nanq; commisit: Accipite & comedite: Hoc est corpus meum, &c. Sumite & bibite: Hic est sanguis meus &c. Quo modo ergo ipsa deo offerimus? Adde Christum hunc potum uocare nouum testamentum. Num nouum testamentum est sacrificium? Quis unquam audiuit testamentum & sacrificium idem esse? Scriptura uocat nouum testamentum remissionem peccatorum, uelut Hieremiæ. 31. & Hebræo. 8. legitur. Remissio autem peccatorũ non est sacrificium, ideo nec Missa est sacrificiũ. Vide nũc q̃ pulchre cõueniat Christi ueritas cũ Sophistarũ dogmate. Chrũs in hoc testamẽto bona sua, corpus ac sanguinẽ nobis ministrat in remissionẽ peccatorũ. Sophi-

Nouum testamentũ.

stiæ in

ſtæ inuertunt, ac Chriſto dare uolunt, imò Chriſtum Chriſto offerre. Quis Sophiſtis ſtupidior, cæcior, & magis impius? Scripturæ ueritas Chriſtum Ieſum ſemel oblatum dicit, Hebræos. 7. 9. & 10. & non quotidie immolandum. Si denuo immolandus eſt, etiam denuo crucifigendus erit. Mors autem illi ultra non dominabitur. Roma. 6. Ergo in Miſſa non fit ſacrificiū pro uiuis aut defunctis. Sed ais: Eſt tamen aliquod in eccleſia ſacrificium. Eſt quidem, ſed non externum aut corporale, ſed internum ac ſpirituale, mortificatio carnis noſtræ, qua offerimus corpora noſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, acceptam deo, Roma 12. per Ieſum Chriſtum. 1. Pet. 2. quum offerimus uitulos labiorum noſtrorum, Hebræ. 13. Id eſt laudem ac gratiarum actionem. Totos nos in miniſterium dei & ſanctorum conferimus, non ſectantes carnis deſideria, ſed directionem ſancti ſpiritus: & per charitatem ſeruimus proximo ad ædificationem ipſius. Iſta ſunt Chriſtianorum ſacrificia: His uictimis placatur deus, Hebræ. 13. Diſpeream ſi eccleſia habet aliud ſacrificium, niſi illud ipſum gratiarum actionis, ut prædicato Euangelio, fuſiſq; precibus ad deum patrem noſtrum laudemus ipſum in Chriſto ſeruatore per æterna ſecula, Amen.

Sacrificiū eccleſiæ Chriſti.

CLXX.

Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Luc. XVI.

Omnis creatura dei bona est. 1. Timoth. iiij.

Vt paucis horum duorum uersuum diallagen habeas, obseruabis omnem creaturam dei esse ualde bonam, & nihil eorum quæ deus condidit esse malum. Benedixit enim deus omnibus operibus suis quæ fecerat, Gene. 1. & nihil ex ijs quæ creauit dominus, odio dignum est, Sapien 11. Sunt igitur opes creatura bona. Sicut etiam homo, ignis, aqua, uinum, uolucres, & omnia animantia sunt bona creatura, solusq; abusus illarum malus est, remq; per se bonam, facit malam. Impij ac mali nulla re bene uti possunt, ita ut deus optimus, impijs sit malus, iuxta id Psalmi. 18. Cum peruerso, peruersus eris. Et sicut diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, Roma 8. & mundis omnia munda. Tit. 1. ita uicissim pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorum & mens & conscientia. Diuitiæ bonæ sunt, si quis ipsis recte utatur: male fiunt si abutaris si cor apponas si seruus fias diuitiarū. Mulier preciosa est creatura, si cum pietate & timore dei honeste illi copuleris: mala fit si extra coniugij thorum abutaris ea. Vinum nobilis est creatura, si cum gratiarum actione illud bibas: at si ad ingluuiem & ebrietatem ingurgites, abusu sit tibi malum, quod natura bonum erat. Abutenti & impio malum est uinum, mulier, opes, ac reliquæ creaturæ omnes. Sic Christus diuitias

Creaturæ dei bonæ.

uitas iniustum mammona uocat, non q̃ per se sint ini- Diuitiæ
quæ, sed q̃ plerunq; iniuste acquirantur. H. per rapi- quare ini-
nam, alij per fraudem aut furtum: isti per ludum uel sœ quũ mã mo-
nus, ille per homicidium, nonnulli per fas atq; nefas, et na uocaue-
mille deludendi artes lucrantur opes. Et uelut iniuste rit Christus
parantur, ita inique quoq; possidentur à diuitibus: deni
de iniuste quoq; eroganter in luxum uentris. Vnde na-
tum est quondam prouerbium: Diues aut iniquus est,
aut iniqui hæres. Et Christus difficile esse pronuncia-
uit diuitem regnum cœlorũ ingredi: q̃ nemo possit duo
bus dominis seruire. Postremo spinas quoq; appellat
diuitias, q̃ instar spinarum impediant atq; retrahant,
ne recta incedas. Nam qui uolunt ditescere, incidunt in
tentationem & laqueum, & cupiditates multas, stultas
ac noxias, quæ demergunt homines in exitiũ & interi
tum. Si quidem radix omnium malorum est studium pecu-
niæ, quam quidam dum appetunt, aberrauerunt à fide,
& seipsos implicuerunt doloribus multis. 1. Timo. 6.
Habes pie lector causam quare spinas, & iniquũ mam
mona appellauerit diuitias Christus. Habes præterea
pie ac recte dixisse Apostolum, omnes creaturas dei es
se bonas, & nihil reijciendum, si cum gratiarum actio
ne sumatur. Sanctificatur enim per sermonẽ dei ac pre-
cationem. 1. Timo. 4. Dominus noster Iesus Christus sal
tem hoc donet nobis, ut omnibus creaturis &
operibus eius utamur ad laudem
nominis eius, Amen.

FINIS.

INDEX LO-

CORVM ATQVE VERSVVM
in hoc libello And. Alth. conciliatorũ.

I.

Septies in die cadit iustus. Prouerb. 24.
Iustus in æternum non commouebitur. Psalm. 111.

II.

Ne respondeas stulto secundum stulticiam suam, ne efficiaris ei similis. Prouerb. 26.
Responde stulto secundum stulticiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur. Ibidem.

III.

Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Psalm. 5.
Abraham mentitus est, (Genæ. 12.) & non periit.

IIII.

Initio tu domine terram fundasti, et opera manuum tuarũ sunt cœli: Ipsi peribũt, tu aũt permanes. Psal. 101
Terra in æternum stat. Eccles. 1.

V.

Arundinem comminutam non confringes. Iesa. 42.
Tanquam uas figuli confringes eos. Psalm. 2.

VI.

Adhuc quadraginta dies, et Niniue subuertetur. Ion. 3.
Parcam Niniue ciuitati magnæ. Ionæ. 4.

VII.

Terræ uectes concluſerunt me in æternum. Ionæ. 2.
Et dixit dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam. Ibidem.

VIII.

Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea. Pſalm. 31.
Inueterauerunt oſſa mea dum clamarem. Ibidem.

IX.

Deus tuus unus eſt. Deute. 6.
Ego cõſtitui te deum Pharaonis. Exod. 7.

X.

Deſiderium pauperum exaudiuit dominus. Pſalm. 9.
Deſiderium peccatorum peribit. Pſalm. 111.

XI.

Mihi uindictam, & ego retribuam. Deute. 32.
Videam ultionem tuam ex eis. Hiere. 11.

XII.

Filius non portabit iniquitatem patris. Ezech. 18.
Ego uindicabo iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. Exod. 20.

XIII.

Nolo mortem peccatoris. Ezech. 18.
Qui fecerit iniquitatem, morietur in ea. Ezech. 3.

XIIII.

Deus deus meus reſpice in me. Pſalm. 21.
Ego cœlum & terram impleo. Hiere. 23.

XV.

Omnino indigens et mẽdicus nõ erit inter uos. Deut. 15

Non deerũt pauperes in terra habitationis tuæ Ibidem.

XVI.

Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum mul
tum, & dulciora ſuper mel & fauum. Pſal. 18.

Dedi eis præcepta non bona. Ezech. 20.

XVII.

Si quæſieris eum inuenies. 1. Paralip. 28.

Inuentus ſum à non quærentibus me. Ieſaiæ. 65.

XVIII.

Inquire pacem, & perſequere eam. Pſal. 33.

Cõfundantur qui me perſequuntur. Pſal. 39.

XIX.

Videbit omnis caro ſalutare dei. Ieſaiæ. 40.

Auferatur impius ne uideat gloriam dei. Ieſaiæ. 26.

XX.

Beatus tu Iſraël. Quis ſimilis tui populo, qui ſaluaris in
domino? Deutero. 33.

Generatio praua atq; peruerſa. Deute. 32.

XXI.

Ego indurabo cor Pharaonis. Exod. 4.

Pharao ingrauauit cor ſuum. Exod. 8.

XXII.

Deus mortem non fecit. Sapientiæ. 1.

Bona & mala, uita & mors, Paupertas & honeſtas,
a deo ſunt. Eccleſiaſt. 11.

XXIII.

Nihil eorum odiſti quæfeciſti. Sap. 11.

Iacob dilexi, Esau odio habui. Malach. 1.

XXIIII.

Heli corripiens filios suos ait: Quare feciſtis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas ab omni populo? Nolite filij mei &c. 1. Reg. 2.

Nouerat idigne agere filios, et nõ corripuit eos. 1. Re. 3

XXV.

Creſcite & multiplicamini. Genẽ. 2.

Beatæ ſteriles, quæ non genuerunt. Lucæ. 3.

XXVI.

Dona et uocatio dei eiuſmodi ſunt, ut eorum illum pœnitẽri non poſſit. Rom 11.

Pœnitet me quòd conſtituerim Saul regem. 1. Reg. 15.

XXVII.

Apud deum non eſt perſonarum acceptio. Rom. 2.

Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu & trementem ſermones meos. Ieſaiæ. 66.

XXVIII.

Sanctus ego ſum dicit dominus, & non iraſcar in perpetuum. Hierem. 3.

Et ibunt ij in ignem æternum. Mat. 25.

XXIX.

Non deus diligens iniquitatem tu es. Pſal. 5.

Quem uult indurat. Roman. 9.

XXX.

Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Pſalm. 144.

Cui uult miſeretur. Roman. 9.

Quiſ-

XXXI.

Quisquis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Ioann. 4.

Qui me bibunt adhuc sitient. Ecclesiastici. 24.

XXXII.

Deum nemo uidit unquam. Ioann. 1.

Vidi dominum facie ad faciem. Gen. 22.

XXXIII.

Deus neminem tentat. Iacob. 1.

Tentauit deus Abraham. Gen. 22.

XXXIIII.

Oculum pro oculo, dentem pro dente. Exod. 21.

Si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe ei et alteram. Matthei. 5.

XXXV.

Non resurgent impij in iudicio. Psal. 1.

Omnes quidem rsurgemus. 1. Cor. 15.

XXXVI.

Vade ad formicam ò piger, considera uias eius, & discę sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Pro. 6.

Ne solicite sitis animæ uestræ, quid manducetis, neq; corpori quid induamini. Matth. 6.

XXXVII.

Conuertimini ad me & ego conuertar ad uos. Zach. 1.

Nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit eū. Ioā. 6.

Qui

XXXVIII.

Qui diligit iniquitatem odit animam suam Psalm. 10.

Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodiet eam. Ioann. 12.

XXXIX.

Omnis homo mendax. Psalm. 115.

Non est in ore ipsorum inuentum mendacium. Apoc 14.

XL.

Christus uetat irasci. Matth. 5.

Dauid ait: Irascimini. Psalm. 4.

XLI.

Sine ipso factum est nihil, quod factum est. Ioann. 1.

Non est creata hominibus superbia. Eccl. 10.

XLII.

Nescit homo utrum amore, aut odio dignus sit. Eccle siastes. 9.

Deposita est mihi corona iusticiæ. 2. Timoth. 4.

XLIII.

Consolamini consolamini populo meus. Iesaiæ. 40.

Væ qui habetis consolationem uestram. Lucæ. 6.

XLIIII.

Quid tentatis deum, ut imponatur iugum super ceruicas discipulorum, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus. Actor. 15.

Mandatum quod præcipio tibi hodie, non supra te est neq; procul positum, nec in cœlo situm ut possis dicere Quis ualet ad cœlum ascendere, ut deferat illud ad

nos

nos, ut audiamus, & faciamus. Deut. 30.

XLV.

Iustus non est lex posita. 1. Timoth. 1.

Vir qui in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, ut faciat veritatem, hic iustus est. Ezechiel. 18.

XLVI.

Lex obiter subijt, ut abundaret delictum. Rom. 5.

Deus nemini mandauit impie agere, & nemini dedit spatium peccandi Ecclesiast. 15.

XLVII.

Omnia quæcunq; voluit fecit. Psalm. 113.

Vos semper spiritui sancto restitistis. Actor. 7.

XLVIII.

Domus mea domus orationis uocabitur. Iesaiæ. 56.

Tu cum oras introito in conclaue tuum. Matt. 6.

XLIX.

Ego dominus & non est alter formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Ego dominus faciens omnia hæc. Iesaiæ. 45.

Diabolus cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est atq; eius rei pater. Ioan. 8.

L.

Honora patrem tuum & matrem, & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Exod. 20. 21.

Si quis uenit ad me, et non odit patrem suum & matrē, non potest meus esse discipulus. Luc. 14.

Fieri

LI.

Fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintq; donum cœleste, & participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerintq; bonum dei uerbum ac uirtutes futuri seculi, si prolabantur, denuo renouentur per pœnitentiam. Hebr. 6.

Quicunq; inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Ioëlis. 2.

LII.

Ego non iudico quenquam. Ioann. 8.

Pater omne iudicium dedit filio. Ioann. 5.

LII.

Quis cognouit mentem domini? Rom. 11.

Nos mentem Christi tenemus. 1. Cor. 2.

LIIII.

Ipse est Helias. Matth. 11.

Non sum ego Helias. Ioann. 1.

LV.

Quos uocauit, eos & iustificauit. Rom. 8.

Multi sunt uocati, pauci uero electi. Matth. 22.

LVI.

Non erat ille lux. Ioan. 1.

Ille erat lucerna ardens & lucens. Ioan. 5.

LVII.

Nemo bonus nisi unus, nempe deus. Marci. 10.

Bonus hō ex bono thesauro cordis sui pfert bonū. Lu. 6.

LVIII.

De die illo ac tempore nemo nouit ne angeli quidem, qui

qui in cœlo ſunt, nec ipſe filius, ſed ſolus pater. Mar. 14.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Matthei. 28.

LIX.

Gloriam meam non quæro. Ioan. 8.

Ego ſum lux mundi. Ibidem.

LX.

Qui gladium accipit gladio peribit. Matt. 26.

Qui habet tunicã, uendet eã, et emat gladium. Luc. 22.

LXI.

Pauperes ſemper habebitis uobiſcum, me uero non ſemper habebitis. Matth. 26.

Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad cõſummationem ſeculi. Matt. 28.

LXII.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternam. Ioan. 6.

Spũs eſt qui uiuificat, caro non prodeſt qcquam. Ibidẽ.

LXIII.

Hoc eſt cõrpus meum. Matt. 26.

Si dixerint: Ecce hic uel hic eſt Chriſtus nolite credere. Matthei. 4.

LXIIII.

Omne quod uenit ad me non eijciam foras. Ioan. 6.

Nõ eſt uolẽtis, neq; currentis, ſed miſerentis dei. Rom. 9

LXV.

Nõ ueni ut iudicẽ mũdũ, ſed ut ſeruẽ mũdũ. Ioan. 12.

In iu-

In iudicium ego ueni in hunc mundum. Ioann. 9.

LXVI.

Si ego testimonium perhiberem de meipso, testimonium meum non esset uerum. Ioann. 5.

Et si ego testimonium perhibeam de meipso, uerum est testimonium meum. Ioann. 8.

LXVII.

Non possum ego ex meipso facere quicquam Ioann. 5.

Nemo tollit animam meam, sed ego pono eam a me ipso. Ioannis. 10.

LXVIII.

Voluntati illius quis resistit? Rom. 9.

Vos semper spiritui sancto resistitis. Actor. 7.

LXIX.

Omnis qui petit, accipit. Matt. 7.

Petitis & non accipitis. Iacob. 4.

LXX.

Vnica oblatione perfectos effecit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Hebr. 10.

Suppleo quod deerat afflictionum Christi in carne mea pro corpore ipsius. Coloss. 1.

LXXI.

Prædicate Euangelion omni creaturæ. Marci. 16.

Ne proiecritis margaritas ante porcos. Matt. 7.

LXXII.

Deus uult omnes saluos fieri. 1. Tim. 2.

Pauci sunt qui saluantur. Lucæ. 13.

LXXIII.

Qui uicerit dabo ei ſedere mecũ in throno meo. Apo. 3
Sedere ad dexteram non eſt meum dare, ſed ijs conueniet, quibus paratum eſt. Marc. 10.

LXXIIII.

In Chriſto omnes uiuificabuntur. 1. Corinth. 15.
Filius quos uult uiuificat. Ioan. 5.

LXXV.

Concluſit deus omnes ſub incredulitatem, ut omnium miſereretur. Roma. 11.
Qui non crediderit, condemnabitur. Marci. 16.

LXXVI.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Matth. 7.
Iuſto iudicio iudicate. Ioan. 7.

LXXVII.

Orantes ne ſitis multiloqui. Matth. 6.
Sine intermiſſione orate. 1. Theſſa. 5.

LXXVIII.

Alter alterius onera portate. Galat. 6.
Vnuſquiſq; onus ſuum portabit. Ibidem.

LXXIX.

Ne quid tuleritis in uiam, neq; uirgam, neq; perã, neq; panem, neq; pecuniam. Lucæ. 9.
Non portabitis in uia, niſi uirgam tantum. Marci. 6.

LXXX.

Ieſus morabatur in Iudæa, ac baptizabat. Ioan. 3.
Ieſus non baptizauit. Ioan. 4.

LXXXI.

Odio habebis inimicum tuum. Matth. 5.

Diligite inimicos uestros. Ibidem.

LXXXII.

Vide ne cui dixeris. Matth. 8.

Narra quæcunq; fecerit tibi deus. Lucæ. 8.

LXXXIII.

Peratienti te in maxillã, obuerte illi & alterã. Matt. 5.

Christus percussus à seruo pontificis, respõdet: Si male locutus sum, testare de malo: sin bene, quid me cædis? Ioan. 18.

LXXXIIII.

Non ueni pacem mittere, sed gladium. Matth. 10.

Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Ioan. 14.

LXXXV.

Cum omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus. Lu. 17

Nos fecati sumus te: quid ergo erit nobis? Matthæi. 19.

LXXXVI.

Si quis expurgarit seipsum ab his, erit uas in honorem. 2. Timoth. 2.

Deus operatur omnia in omnibus. 1. Corinth. 12.

LXXXVII.

Pater ipse facit opera. Ioan. 14.

Multa bona opera operatus sum uobis. Ioan. 10.

LXXXVIII.

Erunt omnes docti à deo. Ioan. 6.

Scrutamini scripturas. Ioan. 5.

LXXXIX.

Deus reddet uniuiq; iuxta facta ſua. Rom. 2.

Arbitramur fide iuſtificari hominem abſq; operibus legis. Roma. 3.

XC.

Caro & ſanguis regnum dei poßidere non poſſunt. 1. Corinth. 15.

Credimus carnis reſurrectionem.

XCI.

Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris: nõ pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mũdi. 1. Ioan. 2.

Non pro mundo rogo. Ioan. 17.

XCII.

Facilius eſt camelum per foramen acus ingredi, quàm diuitem in regnum dei. Marci. 10.

Iugum meũ commodũ eſt, & onus meum leue. Mat. 11.

XCIII.

Abrogatur quod præcæßit præceptum propter imbecillitatem & utilitatem. Hebr. 7.

Legem igitur irritam facimus per fidem? imò legem ſtabilimus. Roma. 3.

XCIIII.

Qua mẽſura metiemini, ea metiẽtur uobis alij. Mat. 7.

In poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum. Apocal. 18.

XCV.

In uiam gentium ne abieritis. Matth. 10.

Ite in mundum uniuerſum, & prædicate Euangelion

omni creaturæ. Marci.16.

XCVI.

Estote prudentes sicut serpentes. Matth.10.

Si quis sibi uidetur sapiens in hoc seculo, stultus fiat. 1.Corinth.3.

XCVII.

Nemo usurpat sibi honorem, sed qui uocatur etiã à deo tanquam Aaron. Hebr.5.

Potestis singulatim omnes prophetare. 1.Corinth.14.

XCVIII.

Neminem per uiam salutaueritis. Lucæ.10.

Salutate uos osculo sancto 1.Corinth.16.

XCIX.

Videte & cauete à fermento phariseorum. Matth.16.

In cathedra Mosi sedent scribæ & pharisæi: Omnia ergo quæcunq; iusserint uos seruare, seruate & facite. Matth.23.

C.

Erit unus pastor & unum ouile. Ioan.10.

Separabit oues ab hœdis. Matth.25.

CI.

Requieuit deus die septimo ab omni opere quod patrarat. Gene.2.

Pater meus usq; modo operatur. Ioan.5.

CII.

Non dormitat, qui custodit Israël. Psalm.120.

Exurge, quare obdormis domine? Psalm.43.

Statutũ

CIII.

Statutum eſt hominibus ſemel mori. Hebr. 9.

Omnis qui credit in me, non morietur in æternũ. Io. 11.

CIIII.

Iuſtus in fide ſua uiuet. Abacuc. 2.

Hoc fac & uiues. Lucæ. 10.

CV.

Lex miniſtra mortis. 2. Corinth. 3.

Mandatum eius uita æterna eſt. Ioan. 12.

CVI.

Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt. Galat. 5.

Nemo carnem ſuam unquam odio habuit. Epheſ. 5.

CVII.

Non acceperunt promiſſiones. Hebreo. 11.

Aſſecuti ſunt promiſſiones. Ibidem.

CVIII.

Non bibam poſt hac ex hoc fructu uitis, uſq; in diem illum, cum bibam illud uobiſcum nouum in regno patris mei. Matth. 26.

Comedimus & bibimus unà cum illo, poſteaquàm reſurrexit à mortuis. Acto. 10.

CIX.

Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit è cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Ioan. 3.

Pater quos dediſti mihi, uolo, ut ubi ſum ego, et illi ſint mecum, ut uideant gloriam meam. Ioan. 17.

CX.

Peccati eorum non recordabor amplius. Hiere. 31.
Non exibis illinc, donec persolueris extremum quadrantem. Matth. 5.

CXI.

Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Matth. 9.
Longe à peccatoribus salus. Psalm. 118.

CXII.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Prouer. 22.
In præceptis patrum uestrorum nolite inædere, nec iudicia eorum custodiatis &c. Ezech. 20.

CXIII.

Charissimi, nõ præceptum nouum scribo uobis, sed præceptum uetus, quod habuistis ab initio. 1. Ioan. 2.
Rursum præceptum nouum scribo uobis. Ibidem.

CXIIII.

Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit &c. Matth. 7. Lucæ. 11.
Clamauerunt, & non erat qui saluaret, ad dominum, & non exaudiuit eos. Psalm. 17.

CXV.

Dominus ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum, & non est alius. Deute. 4.
Sathan deus huius seculi. 2. Corinth. 4. dicitur.

CXVI.

Dominus in montem Sina descendit, & dedit legem. Exod. 19.

Acæpistis

Accepistis legem per dispositionem angelorũ. Acto. 7.

CXVII.

Ecce ego mitto uos in medio luporum. Matth. 10.
Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Ioannis. 14.

CXVIII.

Date eleëmosynam, & ecce omnia munda. Lucæ. 11.
Et si erogauero omnem substantiã meã in usum pauperum, charitatem aũt non habeã, nihil sum. 1. Cor. 13.

CXIX.

Non occides. Exod. 20.
Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Exodi. 21.

CXX.

Non facies furtum. Deut. 5.
Spoliabis Aegyptum. Exod. 3.

CXXI.

Gratis accepistis, gratis date. Matth. 10.
Dignus est operarius mercede sua. Lucæ. 10.

CXXII.

Eos qui peccant coram omnibus, argue. 1. Timot. 5.
Argue cum inter te & ipsum solum. Matth. 18.

CXXIII.

Quodcunq; uoueris redde. Eccle. 5.
Displicet ei infidelis & stulta promissio. Eccle. 5.

CXXIIII.

Non dico q̃ ego rogaturus sum patrẽ pro uobis. Io. 16.

Ipſe interædit pro nobis. Rom. 8.

CXXV.

Pater quid me dereliquiſti? Matth. 27.

Non ſum ſolus, quia pater mecum eſt. Ioan. 16.

CXXVI.

Non poteſt mundus odiſſe uos. Ioan. 7.

Quia de mundo non eſtis, ſed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Ioan. 15.

CXXVII.

Cogitationes meæ cogitationes pacis. Hier. 29.

Ego mittam in eos famem & peſtem. Ibidem.

CXXVIII.

Per nomen illius (dei) iurabis Deute. 6.

Ego dico uobis, ne iuretis omnino Matth 5.

CXXIX.

Precio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. 1. Cor. 7.

Serui obedite ijs, qui dñi ſunt iuxta carnē etc. Epheſ. 6.

CXXX.

Ego teſtimonium ab homine non accipio. Ioan. 5.

Vos teſtimonium perhibetis de me. Ioan. 15.

CXXXI.

Seruus uocatus es, ne ſit tibi curæ. 1. Cor 7.

Quinetiam ſi potes liber fieri, potius uere. Ibidem.

CXXXII.

Nolo mortem peccatoris, ſed ut conuertatur impius à uia ſua, & uiuat. Ezech 33.

Eſt peccatū ad mortē: nō pro illo dico, ut rogas. 1. Io. 5.

Genes

CXXXIII.

Gentes natura quæ legis sunt faciunt. Rom. 2.
Caro legi dei non est subdita. Rom. 8.

CXXXIIII.

Circumcisio quidem prodest si legem seruaueris. Ro. 2.
Si circūcidamini Christus nihil uobis proderit. Gal. 5.

CXXXV.

Perijt iustus de terra, et rectus in hoībus nō est. Mich. 7.
Noe uir iustus atq; perfectus. Genes. 6.

CXXXVI.

Non ueni destruere legem, sed complere. Matt. 5.
Christus nos redemit ab execratione legis. Gal. 3.

CXXXVII.

Facies altare ad adolendum thymiama. Exod. 30.
Quo mihi multitudo uictimarum uestrarū? Iesaiæ. 1.

CXXXVIII.

Pseudopropheta interficiatur. Deuter. 13.
Hæreticū post unā atq; alterā monitionē deuita Tit. 3

CXXXIX.

Non delinquent oēs, qui sperant in eum. Psal. 33.
Septies in die cadit iustus. Prouer. 24.

CXL.

Sathanas expetiuit uos. Luc. 22.
Malus ille non tangit eum. 1. Ioan. 10.

CXLI.

Dñm deū tuū adorabis, & ipsi soli seruies. Deut. 6.
Surgens Abrahā adorauit populū terræ. Geñ. 23.

CXLII.

Possedi hominẽ per deũ (dicit Eua de Cain) Genẽ. 4.
Nõ sicut Cain ex illo malo erat, et occidit frẽm suũ. 1. Ioan. 3.

CXLIII.

Num uere cognouerunt principes nostri, hunc esse uere Christum? sed hunc nouimus unde sit. Ioan. 7.
Si cognouissent, haud quaquam dominum gloriæ crucifixissent. 1. Cor. 2.

CXLIIII.

Ne possideatis aurum neq; argentum, neq; æs in crumenis uestris. Matth. 10.
Iudas habebat loculos. Ioan. 13.

CXLV.

Nequaquã ultra maledicã terræ propter hoïes. Genẽ. 8.
Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Deuteron. 28.

CXLVI.

Nunc Antichristi multi cœperunt esse, unde scimus nouissimum tempus esse. 1. Ioann. 2.
Rogamus uos fratres, ne cito dimoueamini à uestro sensu, neq; turbemini, neq; per spiritum, neq; per sermonem, neq; per epistolam, tanquam à nobis profectam, quasi instet dies Christi. 2. Thess. 2.

CXLVII.

Quis similis deo inter filios dei? Psal. 88.
Cum apparuerit similes ei erimus. 1. Ioan. 3.

CXLVIII.

In labijs

In labijs meis pronũciaui oĩa iudicia oris tui. Pſal. 118.
Quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius. Rom. 11.

CXLIX.

Fiat uoluntas tua. Matt. 6.
Et ne nos inducas in tentationem. Lucæ. 11.

CL.

Qui me confitebitur coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. Matt. 10.
Nonne per nomen tuum prophetauimus? Ac tum confitebor illis: nunquam noui uos. Matt. 7.

CLI.

Timor non eſt in charitate. 1. Ioan. 4.
Beati omnes qui timent dominum. Pſal. 127.

CLII.

Mandata eius grauia non ſunt. 1. Ioan. 5.
Quid tentatis deum, ut imponatur iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; patres noſtri, neq; nos portare potuimus. Actor. 15.

CLIII.

Regnum dei eſt in ſermone. 1. Corinth. 4.
Ore fit confeßio ad ſalutem. Rom. 10.

CLIIII.

Qui committit peccatum, ex diabolo eſt. 1. Ioann. 3.
Eum, qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. 2. Corinth. 5.

CLV.

Noli me tangere, nõ dũ enĩ aſcẽdi ad patrẽ meũ. Io. 20.

Mulieres

Mulieres tenuerũt pedes eius et adorauerũt eũ. Mat. 28.

CLVI.

Præparate corda uestra domino. 1. Samuelis. 8.

Domini est dirigere gressus. Prouer. 16.

CLVII.

Qui curat diem, domino curat. Rom. 14.

Dies obseruatis & menses, & tẽpora & annos: metuo de uobis, ne frustra laborauerim erga uos. Gal. 4.

CLVIII.

Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iusticiam. Gen 15. Rom. 4.

Abrahã pater noster nónne ex factis iustificatus est, cũ obtulisset Isaac filiũ suũ super altare? Iacob. 2.

CLIX.

Attendite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Matt. 6.

Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, glorificentq; patrem uestrum qui in cœlis est. Matth. 5.

CLX.

Iniquos odio habui. Psalm. 118.

Benedicite ijs, qui uos persequuntur. Rom. 12.

CLXI.

Patrem nolite uocare uobis super terram, unus est enim pater uester qui in cœlis est. Matt. 23.

Honora patrem tuum & matrem tuam. Exod. 20.

CLXII.

Vos nolite uocari rabbi, unus est enim magister uester nempe Christus. Matt. 24.

Plures magistros habetis. 1. Co. 4.

CLXIII.

Quis ex uobis arguet me de peccato. Ioan. 8.

Hic homo peccator est. Ioan. 9.

CXLIIII.

Concluſit nos omnes ſub maledictione legis. Gal. 3.

Non eſtis ſub lege ſed ſub gratia. Rom. 6.

CLXV.

Vos eſtis qui permanſiſtis mecū in tentationibus meis Lucæ. 22.

Omnes uos ſcandalum patiemini per me in iſta nocte. Matthei. 26.

CLXVI.

Quiſquis dixerit fratri ſuo, fatue, obnoxius erit gehennæ incendio. Matt. 5.

Stulta ac cæci. Matt. 23.

CLXVII.

Eſtote ſimplices ſicut columbæ. Matth. 10.

Ne ſitis pueri ſenſibus. 1. Corinth. 14.

CLXVIII.

Qui dixerit aduerſus ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in præſenti ſeculo, neque in futuro. Matthei. 12.

In loco in quo ceciderit arbor, ibi erit. Eccleſiaſt. 11.

Legi=

INDEX

CLXIX.

Legitimum ſempiternum erit in generationibus ueſtris de ſacrificijs domini. Leuit. 6.

Vnica oblatione perfectos effecit in perpetuum eos qui ſanctificantur. Hebræor. 10.

CLXX.

Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Lucæ. 16.

Omnis creatura dei bona eſt. 1. Tim. 4.

FINIS.

EXCVDEBATVR NORIM

BERGAE ANNO

M. D. XXX.